Bibliothèque numérique

medic@

Penicher, Louis. Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam

Paris : Stephane Michallet, 1695.
Cote : Bibliothèque de pharmacie RES 5045

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?pharma_res005045

©BIU Santé

præparatio mellis et ceræ.

primum apes vapore sulphuris enecari debent, et totum opus illorum manibus exprimitur, liquor albidus primo fluit et mel album dicitur, postea residuum tepefactum, prælo exprimitur ut reliquum liquoris flavescens extrahatur quod mel commune dicitur.

his peractis magma in aqua per tres dies manere debet tunc q igne liquefacto fortiprælo exprimitur quod cera flava dicitur, quæ panno linteo filtranda.

Tabellæ rosatæ purgantes.

℞. sacchari alb. ℔i ſeu ℥ ... siccilimonum q.s. coque ad debitam consistentiam postea adjice. on doit cuire le sucre bien fort afin que les tablettes soint grumeleuses ce qui les rend agreables a manger. pulveris rosarum rubrarum spiritu vitrioli irrorati ℥iij ultimo tandem adjice scammonii pulverat. ʒß f. tabellæ: dosis est a ʒij ad ʒiij.

Balsamum vulnerarium leonardi fieravanti medici et chyrurgi bononiensis.

℞. therebentinæ venetæ ℔i.
olei Laurini, gum. arabic. āā ℥iv.
galbani, thuris, myrrhæ, gum. hederæ, ligni aloes āā ℥iß.
galangæ, caryophillorum, bugulæ vel brunellæ, cinnamomi, nucis moschatæ,
Zedoariæ, Zingiberis, rad. fraxinellæ, aloes, succini āā ℥ß.
spiritus vini rectificati ℔vi.

Digerantur oia s. art. per novem dies postea per cucurbitam in arena igne leni destillentur. prodibit p° liquor Limpidus 2°. oleum flavum therebentinæ nempe, et erit balsamum album: et tandem oleum rufum et nigrum et erit balsamum nigrum: gangrenam sistit et partes absque corruptione conservat.

©BIU Santé

©BIU Santé

©BIU Santé
Res- 5045

COLLECTANEA PHARMACEUTICA, SEU APPARATUS AD NOVAM PHARMACOPŒAM.

Authore LUDOVICO PENICHER, *Pariſino,*
Pharmacopœorum Pariſienſium Præfecto.

Ex Dono Domini De Fourcy Pharmacopœi
1765.

ECOLE DE PHARMACIE DE PARIS

PARISIIS,
Apud STEPHANUM MICHALLET, Regis Archy-typographum, viâ Jacobæâ, ſub Signo Sancti Pauli.

M. DC. XCV.

Cum Privilegio Regis Chriſtianiſſimi.

©BIU Santé

©BIU Santé

ILLUSTRISSIMO ECCLESIÆ PRINCIPI

FRANCISCO DE HARLAY,

PARISIENSIUM ARCHIEPISCOPO,

DUCI AC PARI FRANCIÆ,

REGIORUM ORDINUM COMMENDATORI,

SORBONÆ PROVISORI, NAVARRÆ SUPERIORI,

S. R. E. CARDINALI deſignato.

NUNQUAM *eò adductus eſſem temeritatis & audaciæ*, ARCHIPRÆSUL ILLUSTRISSIME, *neque profectò mihi unquam veniſſet in mentem ſub ampliſſimi nominis tui auſpiciis Pharmaceuticum*

©BIU Santé

hoc opus in lucem edere, aut illud, quaſi tuâ eſſet commendatione dignum, tuo fulcire patrocinio: niſi, vel exemplum Romanorum, qui ſuum Gregorio XIII. ſummo olim Pontifici Antidotarium obtulerunt: vel ea, quæ tibi ingenita eſt erga omnes maxima, in me verò ſingularis humanitas, memetipſum ad ſcribendum, etſi tenuitatis meæ planè conſcium, vehementer impuliſſent. Enimverò cùm ars hæc noſtra ſalutifera te quondam in extremis poſitum, dum Rothomagenſi præeſſes Eccleſiæ, ſuis incolumem reddidiſſe auxiliis gloriari meritò poſſit: ſic etiam nunc tuo confidere audet præſidio. Nam ſi ejus operâ, & iis (quæ ſubminiſtrat) medicamentis caruiſſes, non te Religio Catholica orthodoxæ Fidei propugnaculum, non te Galliarum Clerus moderatorem ſummum, neque Eccleſia noſtra Pariſienſis, tùm ex votis populorum, cùm ex Regis Chriſtianiſſimi judicio atque voluntate rectorem habuiſſent. Sanè quidem fuit illud Reginæ matris auguſtiſſimæ erga regnum univerſum ſingulare ſtudium, quòd divinâ quadam intelligendi vi ac ratione prædita, ex illuſtriſſimo Præſulum cœtu HARLAEUM *excerpſerit, quem* LUDOVICO MAGNO *in adjutorem Conciliorum ſæpè ſæpiùs daret: ſed fuit quoque ipſa Regis invictiſsimi erga te voluntas eximia, ut*

in

©BIU Santé

in ſacrarum ac civilium rerum adminiſtratione, virum maximè probatum, ſummis utrobique honoribus cumularet. Nam quod à primâ juventute Rothomagenſium Archiepiſcopus, ineunte Pariſienſium, vigente Franciæ Dux & Par, tandemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis deſignatus fueris: fecit eruditio ſumma, quâ ſive in ſacris concionibus præcepta morum edocendo, ſive in Doctorum conventu recondita magis ſacrorum codicum momenta evolvendo, cæteris ſuperemines: fecit maxima vis ingenii, inaudita dicendi facundia, mira ſermonis ſuavitas, quibus in literis tàm divinis quàm humanioribus antecellis, & omnium animos magnatum ac infimorum, tibi facilè concilias: fecit immenſum, quo ſemper deflagraſti, divini cultûs propagandi, atque Catholicæ religionis amplificandæ deſiderium: fecit denique omnium chorus ille virtutum, quæ animum tuum jugi conſenſione exornando perficiunt, & ſplendorem natalium novâ luce illuſtrando amplificant. Neque mirum, ſi hinc Alexander VIII. ſummus Pontifex, inde verò Regum maximus, ad invicem, & quaſi certatim te ornare voluerint, ut, qui de Regno & Eccleſia benè meritus eſſes, cùm illius muneribus ampliſſimis, tùm hujus eminentiſſimis honoribus effulgeres. Quamobrem,

©BIU Santé

EPISTOLA.

ARCHIPRAESUL ILLUSTRISSIME, *cùm in tuâ ſalute, maxima utriuſque momenta poſita ſint, felicem me fortunatumq; exiſtimo, quod ad eam operâ noſtrâ Pharmaceuticâ conſervandam, tuorum quidem beneficiorum memorem, ſed tanto muneri imparem, adhibueris: fortunatiorem, ſi hoc opus, qualecunque eſt, quòd plurimorum votis pridem efflagitatur, in perpetuum obſervantiæ meæ ſingularis, & animi, (quàm dici poteſt) addicti teſtimonium acceperis: fortunatiſſimum denique, ſi omnium utilitati ſerviendo, tuæ inprimis tuendæ ac prorogandæ vitæ contulerit: & corpus, quod natura tibi indulſit, ſpecie decorum, temperatione firmum, habitudine optimum, par animo tuo numeris omnibus abſoluto domicilium, ſimile poſt neſtoreos annos reddiderit,*

VESTRÆ MAGNITUDINIS,

Humillimus addictiſſimuſque
LUDOVICUS PENICHER.

©BIU Santé

AD LECTOREM

PHARMACOPOEUM

PRÆFATIO.

EXPETITA jamdiu exoptatáque Pariſiis medicamentorum officinalium collectio, à priſcorum & recentiorum erroribus repurgata, prodit in lucem, meritiſſime Pharmacopœe, quo quidem in opere ex meipſo, admodum pauca: è codice medicamentario Pariſienſi, multa: ex celebrioris famæ authoribus, nonnulla: & ex noſtrorum candidatorum ſpeciminibus, tam peritè ac ſolerter peractis, multò plura invenies.

Galenicam ſimul ac Hermeticam Pharmaciam remediis ad uſum accommodatis perutilem, claſſibus quinque diſtinctam, ad artis noſtræ decus, atque ad ægrotantium levamen uno hoc opere concinnavi, nec ſine labore, quantóque potui compendio collegi. Enimverò prolixior eſſem, ſi omnia percenſere vellem, quæ in mixtura medicamentorum artis ſuæ perito veniunt obſervanda: quæque partim redundare, partim etiam deeſſe videntur. Nam quorſum, verbi gratiâ, Saccharum atque Penidia Benedictæ, Catholici duplicati ac Diaphœnici pulveribus admiſcentur? ſi quidem hæc in ſyrupo, qui tunc confici ſolet, pari facilitate adjici poſſunt. Quorſum ſuccus Cydoniorum in Diapruno ſimplici? cujus vis in laxando & lubricando eſt præcipua. Quorſum in pulveribus cardiacis tem-

©BIU Santé

peratio ſeminum frigidorum, quæ mucorem atque ideo corruptionem inducunt? atque, ut paucis dicam, nec ſingulas enumerem compoſitiones, quæ proſtant in officinis: quantæ à variis authoribus de confectione Hyacinthinâ rationes proponuntur: Santalum album admiſcet ille, cui nec odor nec ſapor ullus, cùm ſatius ſubſtitui poſſit citrinum: hic Saphyros detrahit, quia infuſcant: Myrrham alter, unde areſcit guſtus: Sericum ſive crudum ſive toſtum à codice proſcribitur, ſicut & Camphora: Moſchus & Ambarum, quorum odore alii recreantur, alii contriſtantur, eidem ſorti committuntur: ſyrupo de Limonibus antiquorum obſtat ſyrupus recentiorum de Tunicis: ſunt denique qui Argenti uſu abſtinendum eſſe cenſent, cujus tantum eſt apud homines pretium, tantaque utilitas.

At de his omnibus, ut de omni mixtura Pharmaceutica unicuique ſuus ſenſus, ſuus genius, unum apprimè neceſſarium mihi videtur, quod apud omnes Pharmacopœos Pariſienſes conſtare debeat, & ab illis religiosè ſervari oporteat: illud intelligendum venit, de ponderibus ſcilicet & menſuris, in quibus falli ac decipi multò periculoſius eſt, quàm in aliis rebus. Nam eſt hodie inter peritos noſtrates, (ut de Græcis Medicis, Arabibus, Romaniſque ſileam) eâ de re diſſenſio: quippe drachmam alii ex ſexaginta, alii ex duobus ſuprà ſeptuaginta granis conficiunt, cæteraque (ut Fernelii verbis utar) ad horum proportionem. Quæ quidem ponderum diſparitas in eo apparet, quòd octoginta drachmæ prioris ponderis conſtituunt ſolùm decem uncias ponderis noſtri civilis Pariſienſis, cujus libra ſexdecim unciis conſtat, adeóque unciæ duæ detrahuntur ex duodecim illis unciis, quibus libra medica antiquorum, Galeni præcipuè, qui Romæ medicinam faciebat componi debeat, cujus urbis erat pondus: unde quatuordecim librarum mellis quantitas, quæ v. g. in Theriacali Antidoto deſideratur, non ad drachmam ſexaginta granorum, ſicut in iſtis Pharmacopœis præſcribitur, ſed ad aliud pondus referatur, quod ex granorum enumeratione patebit. Quâ in ponderum varietate, cum in obeundis operibus noſtris officinalibus ſumma difficultas exoriatur, omnes

©BIU Santé

nes tum Medicos tum Artiſtas unanimi conſenſu ponderum Pariſienſium uſui adhærere debere exiſtimo : eóque magis quod pondera Galenica à Chymicis ponderibus (quæ ſunt civilia) ſeparari non debeant, cùm utraque Pharmacia in exercendâ cum laude medicinâ , mutuam ſibi præſtet operam : adde quod in publicis inſpectionibus, quas bis quot annis ſolemus ſuſcipere , non ad medicum, ſed ad civile pondus noſtrum examen referatur.

Cæterum hoc opus numeris omnibus abſolutum magis foret, ſi quorumdam DD. Medicorum vel meorum ſociorum labor, labori meo adfuiſſet, & ægroti uberiorem traxiſſent fructum, ſi doctrinam experientiamque ſuam mihi communicaſſent : ſed id in eorum graves occupationes eſt refundendum. Quædam remedia in Pharmacopoliis noſtris reperientur, quæ ſingula enumerando perſequi mens non eſt, cum hoc noſtrum opus ex iis dumtaxat conſtet, quæ Pharmaceutica officina neceſſariò parata aſſervare debet, quæque maxime Pariſiis in uſu ſunt. Et quidem hac in re doctiſſimi viri Joannis Renodæi Medici Pariſienſis authoritate fretus, cujus verba uti & celeberrimi Fernelii Sententiam, de ponderum & menſurarum conſenſu , Amice Lector, poteris conſulere.

Utere ergo operâ noſtrâ (cariſſime Pharmacopœe,& hæc collectanea,quæ mihi ſuſceperam primùm eâ mente accipe, quâ offeruntur. Si qui errores irrepſerint in edendo libro benignè ac humaniter emenda: deeſt etiam quorumdam remediorum præſcriptio & doſis quas pro tuâ humanitate ſupplebis. Quidquid ſit, ſi quid utile in iis videbitur, verte in commodum tuum,ſi quid minùs accuratè obſervatum, ignoſce : ac demum æqui bonique conſule, quod & ad publicam utilitatem , atque etiam ad Pharmaceutici noſtri ordinis commendationem aliquid conferre tentaverim.

©BIU Santé

Saluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis Decretum, de Editione Collectaneorum Pharmaceuticorum.

AUdita relatione clariſſimorum virorum Magiſtri Antonii *Le Moine*, & Magiſtri Franciſci *Afforty*, in ſaluberrimo ordine Pariſienſi Doctorum Regentium, quibus data eſt ab eodem ordine Provincia legendi librum à Ludovico *Penicher*, Pharmacopœorum Pariſienſium Præpoſito, compoſitum, qui inſcribitur *Collectanea Pharmaceutica, ſeu Apparatus ad Novam Pharmacopœam.* Facultas Medica Pariſienſis typis poſſe mandari decrevit. Datum Pariſiis die vigeſimo Martii anno Domini 1694.

BERGER, Decanus.

Approbationes DD. Doctorum Medicorum Pariſienſium.

QUam uſu longo ſibi comparavit in arte ſuâ peritiam D. *Penicher*, eam in hoc opere ſic oſtendit, ut & Pharmacopœo Pariſienſi, & Pariſienſium Pharmacopœorum Præpoſito dignum ſit : hinc illud præparationibus ſolertioribus inſtructum, quod ſibi dùm erat privatus, appararerat, jam cum publicæ rei Pharmaceuticæ ſit cuſtos, publici juris faciendum eſſe typiſque mandandum exiſtimavi. Datum Pariſiis ad 15. Kalend. Februar. A. R. S. H. 1694.

LE MOINE, Doctor Medicus Pariſienſis.

DEmandatâ mihi à facultate Provinciâ legendi librum à clariſſimo viro D. *Penicher* Pharmacopœorum Pariſienſium Præpoſito, compoſitum, qui inſcribitur *Collectanea Pharmaceutica, ſeu Apparatus ad novam Pharmacopœam*; opus eſſe, ut ex præcipuis præſcribendi & operandi formulis caſtigatiori (quàm antehac) methodo curâque majori comparatis, concinnatum : ſic tùm Medicis cùm Pharmacopœis artis ſuæ magis ſtudioſis valde neceſſarium ; adeoque non

©BIU Santé

modo ſingulari authoris ſui peritiâ, ſed etiam omni ordinis noſtri commendatione dignum cenſeo. Datum Pariſiis die 19. Martii 1694.

AFFORTY, Doctor Medicus Pariſienſis.

Approbatio DD. Præfectorum Pharmacopœorum Pariſienſium.

NOs infrà ſcripti Pariſini, Pharmacopœorum Pariſienſium antiquiores Præfecti, quæ de arte Pharmaceuticâ ab antiquis ſive externis, ſive Pariſienſibus Pharmacopœis, de Galenicâ & Chymicâ ſcripta & neglecta fuere, cum mirâ ſedulitate, ſtudio, & vigiliis, elegantioribus verbis, ſub titulo *Collectanea Pharmaceutica*, ſodalem noſtrum amantiſſimum, nunc Præfectum primarium, Ludovicum Penicherum Pariſinum, emendaſſe, auxiſſe, & locupletaſſe, omnibus quibuſcunque fidem facimus. Quod opus à nobis accuratè perlectum & perluſtratum, tam doctiſſimo authore dignum, omnibus Pharmacopœis non ſolùm, ſed etiam candidatis, & artis noſtræ amatoribus habere, & perlegere conſulimus. Datum Pariſiis die 20. Martii, anno reparatæ ſalutis 1695.

GAMARE, HERON, CLEMENT.

©BIU Santé

CATALOGUS

DOCTORUM REGENTIUM ſaluberrimæ Facultatis Medicinæ Pariſienſis,

Anno 1695.

MAgiſter Franciſcus Pajot, Antiquior Magiſter.
M Rolandus Merlet.
M. Guillelmus Petit, ſereniſſimi Delphini Principis Medicus primarius.
M. Bertinus Dieuxivoye.
M. Petrus Perreau.
M. Michaël de la Vigne.
M. Claudius Quartier.
M. Nicolaus Morin.
M. Philippus Douté.
M. Nicolaus Lienard.
M. Abrahamus Thevart.
M. Claudius de Frades.
M. Alexander Michaël Denyau, Profeſſor Regius.
M. Petrus Creſſé.
M. Raphaël Maurin.
M. Dyoniſius Puylon.
M. Dyoniſius Dodart.
M. Antonius de Caën.
M. Petrus Pourret, unici Fratris Regis Medicus ordinarius.
M. Nicolaus Rainſſant.
M. Jacobus de Bourges.
M. Guido Creſcentius Fagon, primarius Regis Medicus, & Archiatrorum Comes.
M. Antonius le Moine.
M. Carolus Marteau.

M. Mathæus

©BIU Santé

M. Mathæus Thuillier.
M. Raymundus Finot.
M. Philippus Mathon.
M. Petrus Lombard.
M. Ludovicus Morin.
M. Carolus le Long.
M. Claudius Guerin.
M. Henricus Mahieu, Reginæ Poloniæ Medicus primarius.
M. Dominicus de Farcy.
M. Claudius Berger, Facultatis Decanus.
M. Claudius Puylon.
M. Franciſcus Vezou.
M. Ludovicus Gayant, Medicus Regis ordinarius.
M. Joannes Robert.
M. Antonius de Saint-Yon, Medicus Regis ordinarius.
M. Petrus Yon.
M. Joannes Cordelle.
M. Petrus Daquin, Profeſſor Regius.
M. Germanus Preaux, Profeſſor Regius.
M. Nicolaus de Jouvancy.
M. Franciſcus Afforty.
M. Renatus le Comte.
M. Joannes-Baptiſta-Renatus Moreau, Profeſſor Regius.
M. Petrus Bonnet-Bourdelot Medicus Regis perpetuò ordinarius.
M. Ludovicus Poirier.
M. Joſephus Thomaſſeau.
M. Andræas Enguehard Profeſſor Regius.
M. Ludovicus Labbé, Scholæ Cenſor.
M. Franciſcus le Rat.
M. Petrus-Paulus Guyart.
M. Jacobus des Prez.
M. Joannes Poiſſon.
M. Franciſcus Maillard.
M. Pontius Maurin.
M. Michaël de Hodencq.
M. Guido-Eraſmus Emmerez.
M. Joannes Boudin.

©BIU Santé

M. Bertinus-Simon Dieuxivoye.
M. Joannes-Michaël Garbe.
M. Claudius Quiquebeuf.
M. Joannes Daval.
M. Nicolaus Bailly.
M Franciſcus Picoté de Beleſtre.
M. Michaël Pichonnat.
M. Urbanus Leaulté.
M. Joannes-Baptiſta Doye.
M. Nicolaus Brunel de la Carliere.
M. Franciſcus Goüel.
M. Amandus Douté.
M. Philippus Douté.
M. Joannes-Baptiſta Dodart.
M. Franciſcus-Fauſtus Alliot Medicus Regis ordinarius.
M. Franciſcus Vernage.
M. Carolus Contugi.
M. Petrus Marais.
M. Ludovicus de Vaux.
M. Petrus Joannes Burette.
M. Philippus-Ignatius Save.
M. Alexius Littre.
M. Joannes-Franciſcus Foy-Vaillant.
M. Claudius Bourdelin.
M. Alexander-Petrus Mattot.
M. Claudius Burlet.
M. Ludovicus Piquenot de Dragueville.
M. Michaël Sauvalle.
M. Joannes-Baptiſta-Gabriel Freſſant.
M. Joannes Gelly.
M. Ambroſius-Nicolaus Chemineau.

©BIU Santé

ORDO ET NOMINA
MM. Pharmacopæorum Pariſienſium.

1 ANtonius Regnault, Decanus. 24. aouſt 1639. rue de l'Arbre ſec
2 Petrus le Noir. 3. xbre 1641 Rüe St. Antoine
3 Michaël Gamaré. 12. fevrier 1642 Rue St. Honore
4. Benignus Moriceau. 22. 8bre 1643 Rüe de l'Arbre Sec
5. Marcus Heron. 9. Fevrier 1656. Marché aux Poirées
6. Joannes Baptiſta Balbi. 30. 8bre 1656. Rüe de la Verrerie
7. Severinus Rouſſeau. 8. 9bre 1659. A. St. Honoré
8. Jacobus Molmie. 31. 8bre 1662 Rüe MontMartre
9. Mathæus Franciſcus Geoffroy. 22. 9bre 1666. Rüe Bourtibourg
10. Marcus-Antonius Pellet. 23. xbre 1668. Rüe Ste croix de la Bretoñerie
11. Stephanus Ruffin. 13. fevrier 1670 Rüe St. Denis
12. Joannes Perier. 1er 7bre 1672. Rue de Richelieu
13. Simon Boulduc. 8. 9bre 1672. Rüe des Boucheries Fbg St. Gmn.
14. Stephanus Michel. 23. Fevrier 1673. Rüe & devant St. Paul
15. Claudius Clement. 6. Mars 1673.
16. Chryſoſthomus Gaillard. may 1673 Rue St. Honoré
17. Petrus Daune Martel. 31. aouſt 1673 Rue St. Avoye
18. Amandus Jauſſen. 27. 8bre 1673. Rue St. Denis
19. Michaël Biheron. 15. xbre 1673. Rue St. Paul
20. Ludovicus Penicher. 7. fevrier 1676. Rue St. Jacques
21. Joſephus Seconds. 20. xbre 1680. Montagne Ste Genevieve
22. Antonius Poullain. 31. mars 1681. Echelle du Temple
23. Philippus Froment. 10. xbre 1681. Rue Mouffetard
24. Joannes Fradin. 16. mars 1683. Rüe de Bievre Place Maubert
25. Gilbertus Bailly. 5. 7bre 1683. Rüe de la Verrerie
26. Carolus-Ludovicus Gamare. 30. 8bre 1683. Rue St. Honore
27. Thomas Prevoſt. 18. 9bre 1683 Faubourg St. Antoine
28. Carolus Chibouſt. 31. aouſt 1684. vieille Rüe du Temple
29. Joannes-Ludovicus Villette. 12. xbre 1684. Rue des viels Augustins
30. Claudius Biet. 29. 9bre 1685. Rüe Ste Marguerite Fbg St. Gmn.
31. Petrus Soubiron. 3. xbre 1685. Rüe de la Vieille Monnoie
32. Claudius-Franciſcus Peaget. 20. xbre 1685. Place Maubert

©BIU Santé

33. Antonius le Noir. 1er 8bre 1686 Rüe St. Antoine
34. Mathurinus Champagneux. 5e Xbre 1686. Rüe des deux Ponts
35. Jacobus-Carolus Balbi. 28e Fevrier 1687. Rue de la Verrerie
36. Claudius Mayol. 25e avril 1687. Rue de la Juiverie
37. Petrus Alary. 25 Juillet 1687 Place Maubert attenant les Carmes
38. Franciſcus Courtois. 17 Janvier 1688. Rüe du Temple & des Grav
39. Henricus Dupont. 17e Janvier 1688. Rüe de l'Arbre Sec
40. Claudius-Franciſcus Galet. 17e Juin 1689. Rüe St. Denis Vis à Vis la Fne
41. Joannes Hermant. 27e 8bre 1689. Rüe aux Ours
42. Thomas Hennique. 19e Janvier 1691. Rue St. Christophe
43. Abrahamus Gilet. 24e avril 1693. Rüe des Lombards
44. Jacobus Molmie.
45. Marcus Heron.
46. Stephanus-Franciſcus Geoffroy.
47. Joannes la Coſte.
48. Henricus Rouviere.
49. Franciſcus Regnault.
50. Joannes Joua.
51. Ægidius Franciſcus Boulduc.

Christophor. Petrus Aubry. 52.

Collectanea Pharmaceutica in quinque claſſes diſtribuuntur.

Prima enumerat materiam medicam.

Secunda examinat præparationes medicamentorum officinalium.

Tertia comprehendit medicamenta interna.

Quarta continet medicamenta externa.

Quinta & ultima tractat de operationibus chymicis officinalibus.

Veuves tenant boutiques

la veuve Guichard Rüe Princesse d'artois

Lenoir Rüe St. antoine

villette Rüe Montorgueuil

Bailly près la Bastille

COLLECTA-

©BIU Santé

COLLECTANEORUM PHARMACEUTICORUM CLASSIS PRIMA.

DE *MATERIA MEDICA.*

SECTIO PRIMA.

De Sylva Vegetabilium, eorumqne partibus Officinalibus.

ABIES, *unde* liquor qui Terebinthina dicitur.

Abrotanum,
- fæmina quæ cupreſſus, *ſeu* Cypariſſus, *folia.*
- Mas,
  - Anguſtifolium quod ſimpliciter Abrotanum, *fol.*
  - Camphoratum, *ſeu* herba Camphorata, *folia.*

Abſinthium,
- majus Romanum, *folia.*
- Marinum, *folia.*
- Ponticum, *ſeu* tenuifolium, *fol.*
- Seryphium, ſantonicum, *ſemen.*

Acacia, arbor *flos.*
Acacia
- vera Dioſcoridis, ex qua
  - *ſemen*, *unde* ſuccus expreſſus, Acacia veterum.
  - Gummi, dictum Arabicum.
- Germanica ex qua *ſuccus inſpiſſatus* ex fructu Pruni Sylveſtris.

Acetoſa, *ſeu* oxalys
Acetoſella, *ſeu* Alleluya, *fol.*
- *Folia*
- *Radix*
- *Semen*

ſeu tota planta.

Acorus verus *Radix.*

Adiantum
- Album, Ruta muraria, *fol.*
- Nigrum, Capillus veneris foliis Coriandri, *fol.*
- Rubrum Trichomanes, *fol.*
- Aureum, Polytrichum aureum, muſcus Capillaris, *fol.*

Æluropus, *ſeu* Pes-Cati, *flos.*

Agallochum, *ſeu* lignum Aloës,

©BIU Santé

Agaricus, fungus laricis, { fæmina *quæ* alba & melior. / Mas, *qui* niger & inutilis. }

Ageratum, *vide* Eupatorium,

Agnus caſtus *ſeu* vitex, *ſemen.*

Agrimonia. *V.* Eupatorium.

Alcea vulgaris, *folia.*

Alchimilla, *ſeu* Pes leonis, *ſeu* ſtellaria, *fol.*

Aliſma, ſeu Chryſanthemum, *fol.*

Alkekengi, *ſeu* ſolanum Halicacabum, *Bacca.*

Alliaria, *folia.*

Allium, *Radix*

Aloës, *ſuccus inſpiſſatus* —— { ſocotrina; / hepatica, / Caballina. }

Althæa, *ſeu* Biſmalva, *ſeu* Ibiſcus, *tota planta.*

Alſine *ſeu* morſus gallinæ, *fol.*

Amaracus, *V.* Majorana.

Ammi, *ſemen.*

Ammoniacum, *gummi.*

Amomum, *ſemen.*

Amygdala. —— { amara, / dulcis, } *ſemen.*

Amylum, fæculæ ex tritico.

Anacardium, *fructus.*

Anagallis, *V.* Becabunga.

Anchuſa, *R.*

Anemone, *S.* herba venti *ſeu* pulſatilla, *fl.*

Anethum —— { *folia,* / *ſemen.* }

Angelica —— { *Rad.* / *ſemen.* }

Anime, *Gummi.*

Aniſum, *ſemen.*

Anonis, *ſeu* reſta Bovis, *Rad.*

Anthora, *ſeu* Antithora, *R.*

Antirrhinum, *fol.*

Apium, *tota planta.*

Aparine, *S.* Aſpergula, *fol.*

Aquilegia —— { *flor.* / *fol.* / *ſemen.* }

Arabicum, *gummi.*

Argentina, *ſeu* Potentilla, *fol.*

Arinca. *V.* ſecale.

Ariſtolochia —— { Longa / rotunda, / Piſtolochia. } *R.*

Armeniaca malus { *fructus.* / *ſemen.* }

Artemiſia, *ſeu* mater herbarum, *folia.*

Arthanita, *ſeu* Cyclamen, *Rad.*

Arum, *R.*

Arundo ſaccharifera, *unde* ſaccharum —— { album. / rubrum. / chryſtallinum. / candum. }

Aſarum, *R.*

©BIU Santé

Aſclepias, *R.*
Aſpalathus, *lignum.*
Aſparagus — *Gemma*, *Radix*, *Semen.*
Aſphodelus, *R.*
Aſſa —
- Dulcis, quæ Binjoin dicitur & eſt reſina cujus melior myrrha Troglodit-ca, *ſeu* Amygdalaoïdes nominatur.
- Fœtida, gummi laſeris, *ſeu* Sylphii.

Atractilis *fol.*
Atriplex, *folia.* *ſemen.*
Avellana, *V.* Corylus.
Avena, *farina*, *ſemen.*
Aurantia malus,
- acida, dulcis, — *cortex*, *flores*, *fructus.*

BALANUS myrepſica, *fructus* ex quo oleum.
Balſamita, *V.* Mentha.
Balſamum —
- Carpobalſamum, *fructus.*
- Opobalſamum, *liquor.*
- Xylobalſamum, *lignum.*

Bardana, *ſeu* Lappa, *ſeu* Perſonata, *Folia*, *Radix.*
Baſilicum, *ſeu* Ocymum, — *ſemen*, *folia*,
Becabunga, *ſeu* Anagallis, aquatica, *folia.*
Behen — album, rubrum, — *Radix.*
Bellis, *V.* Conſolida.
Berberis, *ſeu* Oxyacantha — *fructus*, *ſemen.*
Beta — alba, rubra. — *folia.* *Radix.*
Betonica, — *flos*, *folia.*
Betula, — *folia*, *cortex*, *ſuccus*,
Bdellium, *gummi reſina.*
Biſtorta, *Rad.*
Blitum, *fol.*
Bombax, — *ſemen*; *Lanugo*, quæ goſſypium dicitur.

Borrago, *tota planta.*
Botrys, *fol.*
Branca Urſina, *ſeu* Acanthus, *fol.*
Braſſica, —
- Capitata — alba, rubra. — *folia*, *ſemen.*
- non capitata,
- Criſpa,
- Marina, *quæ* Soldanella.

Braſilium, *lignum*.
Bruſcus, *ſeu* Ruſcus, } *Bacca*, *Radix*,
Bryonia, *S.* vitis alba, *R.* } *ſemen*.
Bugloſſum, *tota planta*.
Bunias, *V.* Napus ſylveſtris
Bugula, *folia*.
Burſa paſtoris, *fol.*
Buxus, *lignum*.

CACAO, *ſemen*.
Caffe, *ſemen*.
Calamus aromaticus, *Radix*.
Calamintha, —— { *flor.* *fol.*
Calcatrippa, *V.* ~~Conſolida, regalis~~. carduus ſtellatus.
Calendula, *ſeu* Caltha, { *flor.* *fol.*
Camphora, *gummi reſina*.
Camphorata, *fol.*
Cancamum, *gummi*.
Cannabis, *ſemen*.
Capillares herbæ, —— { Polytricum, Trichomanes. Capillus veneris, verus, *fol.* Coriandri. Adiantum vulgare officinarum; Salvia vitæ, ruta muraria. Aſplenium, *ſeu* Ceterach, *ſeu* Scolopeudrium.
Capparis, { *cortex radicis*, *fructus*, *gemma*.
Caprifolium, *S.* Periclymenum, *S.* Matriſylva, { *fol.* *flos.*
Caranna, *gummi reſina*.
Caricæ, Ficus aridæ.
Cardomomum, —— { Majus, grana Paradiſi, minus, ſimpliciter, Officinarum. } *ſemen.*
Cardiaca, *folia*.
Cardiobotanum, *fol.*
Carduus benedictus, —— { *folia*, *ſemen*.
Carduus Mariæ, { *folia*, *ſemen*.
Carlina, *ſeu* Chamæleon albus, *R.*
Carthamus, *ſeu* Cnicus Sativus, *ſemen*.
Carvi, *ſemen*.
Caryophyllus, —— { Aromaticus, Hortenſis, } *flos.*
Caryophyllata, *R.*
Caſſia —— { Caſſia fiſtula, *ſeu* Siliqua ægyptiaca, *fructus*; Caſſia lignea *cortex*. Caſſia Græcanum. *V.* Cinamomum.
Caſtanea, *fructus*.

©BIU Santé

CLSSIS PRIMA.

- Cataputia,
  - Major, *ſeu* Ricinus Americanus; *ſemen*;
  - Minor, *ſemen*.
- Centaurium minus, *tota planta*.
- Centumnodia, *ſeu* Polygonum, *folia*.
- Cæpa, alba, rubra — *Radix*, *ſemen*.
- Ceraſus,
  - *fructus*, — ſubacidus, dulcis, niger.
  - *gummi*,
  - *nuclei*.
- Cerefolium, — *folia*, *ſemen*.
- Chamædrys, *ſeu* Triſſago, *fol.*
- Chamepitys, *ſeu* yva Arthritica, ſeu Ajuga, *tota planta*.
- Chamomilla, *fol. cum floribus*.
- Chelidonium,
  - majus — *fol.* *Radix.*
  - minus *Radix*.
- Chermes, Kermes, *ſeu* coccus Baphica, *Bacca* ex quibus ſuccus.
- Cheyri, *ſeu* Leucoium, *flores*.
- China. *Radix.*
- Cichorium, — *tota planta*.
  - Sativum,
  - Erraticum,
  - Taraxacum, *S.* dens Leonis,
- Cicer, — album, rubrum, — *ſemen*.
- Cicuta, *folia*.
- Cinamomum, *cortex*.
- Ciſtus,
  - ſuccus Hypociſtis dictus.
  - Ciſtus Ledon, *ex quo* liquor Labdanum dictus.
- Citria malus — *cortex*, *fructus*, *ſemen*.
- Citrullus — *fructus*; *ſemen*.
- Cochlearia, *fol.*
- Colocynthis — *fructus*, *ſemen*.
- Colophonia, *reſinæ* reſiduum.
- Colubrinum, *lignum*.
- Conſolida
  - Major, *S.* Symphytum, — *fol.* *R.*
  - Media Bugula, *fol.*
  - Minor, Bellis hortenſis, *flor.*
  - Minima, *S.* Prunella, *ſeu* Symphytum Petræum. *fol.*
  - Regalis, *S.* Calcatrippa, *fol.*
  - Virga aurea, Saracenica.
  - Rubra, *S.* Tormentilla, *Rad.*
- Contra yerva, *Radix.*
- Convolvulus, *fol.*
- Coniza, *fol.*
- Coopal, *reſina*.
- Corallina, *muſcus marinus*.

©BIU Santé

Coriandrum, *ſemen.*
Cornus, *fructus.*
Corylus, —— Sativa. *S.* Avellana, { *lignum*, *ſemen*, *viſcum*, } Sylveſtris, quæ Corylus, ex quo *ſemen.*

Coſtus, { amarus, dulcis, } *Radix.*

Cotyledon. *S.* umbilicus veneris, *fol.*
Cotula fœtida, *folia cum floribus.*
Crepitus lupi, *fungus.*
Crithmum, *S.* herba ſancti Petri, *S.* fœniculum marinum, *folia.*
Crocus, *ſtamina florum.*
Cruciata, *folia.*
Cubebæ, *fructus*,
Cucumer —— { Sativus, { *fructus*, *ſemen.* } Sylveſtris { *fructus* ex quo ſuccus elaterium dictus; *folia*, *Radix.* } }
Cucurbita, *ſem.*
Cuminum, *ſem.*
Curcuma, *ſeu* terra merita, *R.*

Cupreſſus —— { *Arbor*, { *fructus*, *lignum.* } *herba*, *V.* Abrotanum. }
Cuſcuta, *herba tota.*
Cydonia malus *fructus*, { *ſemen*, *ſuccus.* }
Cyanus, *flos.*

Cynara —— { *folia*, *fructus*, *Radix.* }
Ciclamen. *V.* Arthanita,
Cynogloſſum, *R.*
Cynoſbatos —— { *flores*, *fructus cynorhodon*, *ſpongia*, *Radix*, *ſemen.* }
Cyperus, { Longus, Rotundus, } *Rad.*

DACTYLUS, { *fructus* palmæ, *oſſa.* }

Daucus —— { Creticus, *ſemen.* Sylveſtris, *ſeu* Paſtinaca, { *Rad.* *fol.* } }

Dens Leonis, *S.* Taraxacum,
Dictamnus —— { Creticus, *fol.* albus *S.* Fraxinella, *R.* }
Digitalis, *fol.*
Doronicum, *R.*
Dracunculus, *fol.*

©BIU Santé

EBENUS, *lignum.*
Ebulus, *ſeu* Sambucus humilis — *flores, folia, cortex interior, ſemen, Bacca.*
Echium, *S.* Bugloſſum ſylveſtre, { *fol. Rad.* }
Elaterium, *ſuccus* Cucumeris agreſtis.
Elemi, *gummi.*
Elleborus, *S. Veratrum,* { albus, niger. } *R.*
Endivia, *tota planta.*
Epithymum *tota planta.*
Equiſetum, *ſeu* Cauda equina, *fol.*
Eruca — { *fol. flores, ſemen.* }
Ervum, *ſeu* Orobus — { *farina, ſemen.* }
Eryngium, *R.*
Eryſimum, *ſeu* Irio, *fol.*
Eſula, *ſeu* Tithymalus Cypariſſias, *cortex radicis.*
Euphraſia, *fol. cum flor.*
Eupatorium — { Dioſcoridis Agrimonia, *fol.* Meſuë, *S.* Arabum Ageratum, { *fol. ſuccus.* } Avicennæ, Cannabinum, *fol.* }
Euphorbium, *ſuccus.*

FABA — { *flos, farina, ſemen, ſiliqua.* }
Fabaria, *ſeu* Telephium, *ſeu* Craſſula, *fol.*
Ficus, *fructus.*
Filipendula — { *folia, Radix.* }
Filix, — { mas, fæmina. } *R.*
Fœniculum, *tota planta.*
Fœnugræcum, *ſemen.*
Folium, *ſeu* Malabatrum, *fol.*
Fragaria, *tota planta.*
Frangula, *cortex.*
Fraxinella, *V.* Dictamnus.
Fraxinus, — { *fol. cortex, lignum.* }
Frumentum, — { Avena, Arinca, Farrago, Hordeum, Olyra, Oryza, Secale, Siligo, Tragus, Triticum. } { *ſemen, farina, furfur.* }
Fumaria, — { *fol. ſemen.* }

©BIU Santé

Fungus cervinus, *ſeu* Boletus.

GALANGA { major / minor } *Radix.*

Galbanum, *gummi*,
Galega, *ſeu* Ruta Capraria, *folia.*
Gallium, *fol.*
Geniſta, { *flos*, *fol.* *ſemen.* }

Gentiana, *R.*
Geranium { Robertianum, *fol.* moſchatum Cicutæ folio. *S.* herba moſchata. }
Ghitta Jemou, *S.* gummi gutta.

Glycyrrhiza { *R. unde ſuccus inſpiſſatus.* }

Gnaphalium, *fol.*
Gramen, *R.*
Granata malus, *ſeu* malus Punica, { flore ſimplici *ex quo fructus*, { cortex, *S.* malicoriũ, *S.* pſidium. *ſuccus* { acidus, dulcis. } } flore duplici, Balauſtia, }
Gratiola, { *fol.* *Rad.* }
Guaïacum { *cortex*, *lignum*, *gummi.* }

HEDERA { Arborea { *gummi*, *Baccæ.* } Terreſtris *herba cum floribus.* }
Helenium, *ſeu* Enula campana, *R.*
Hepatica, *S.* Lichen, *fol.*
Herba ſanƈti Petri, *S.* Paralyſeos, *S.* Primula veris, { *flores*, *fol.* }
Herba ſanƈtæ Mariæ, *S.* Coſtus, *fol.*
Hermodaƈtylus, *R.*
Herniaria, *ſeu* herba Cancri, *fol.*
Hieracium, { *fol.* *Rad.* }
Hordeum, *V.* Frumentum.
Horminum, *ſeu* Orvala, *ſeu* Sclarea { *folia*, *ſemen.* }
Hydropiper, *ſeu* Perſicaria, *fol.*
Hyoſcyamus, { *folia*, *ſemen.* *Radix.* }
Hypericum { *flos* *ſemen.* }
Hypociſtis, *V.* Ciſtus.
Hyſſopus, *folia cum ſummitatibus.*

JACEA, *S.* herba Trinitatis, *ſeu* Tricolor, *fol.*
Jalapa, *R.*

Jaſminum,

©BIU Santé

Jaſminum, *flos.*
Illecebra, *V.* Sedum.
Imperatoria, *R.*
Intibum Sativum.
- Latifolium, *ſeu* Endivia vulgaris, *fol.*
- Anguſtifolium, *ſeu* Scariola.

Ipecacuanha, *Radix.*
Iris
- Florentina, *R.*
- noſtras, *R.*
  - *ſuccus*,
  - *fæcula.*

Jujubus, *fructus.*
Juncus odoratus, *ſeu* Schœnanthum
- *ſurculi*,
- *flores.*

Juniperus
- *Bacca*,
- *fungus*,
- *lignum*,
- *gummi*, quod vernix Sandaraca. Arabum dicitur.

KALI, *tota planta.*

LABDANUM, *V.* Ciſtus.
Lacca, *gummi.*
Lactuca
- Sativa.
  - *folia*,
  - *ſemen.*
- Sylveſtris, *fol.*
- Leporis, *ſeu* Cicerbita, *ſeu* Sonchus, *fol.*

Lagopus, *fol.*
Lapathum
- Unctuoſum, *ſeu* bonus henricus, *fol.*
- Acetoſum, *V.* Acetoſa.
- Hortenſe, *ſeu* Spinacia, *fol.*
- Sylveſtre.
  - Anguſtifolium hîc Oxylapathum.
    - *fol.*
    - *Rad.*
    - *ſemen.*
  - Latifolium, *ſeu* Rhabarbarum Monachorum.
- Aquaticum.

Lappa, *V.* Bardana.
Larix
- *Fungus*, Agaricus dictus.
- Reſina, *vulgo* Terebentina.

Laſer, *V.* Aſſa.
Lavendula
- mas, *flores.*
- fæmina, *flore albo.*

Laureola, *folia.*
Laurus
- *Bacca*,
- *cortex radicis*,
- *folia.*

Lens, *ſemen.*
Lentiſcus
- *gummi*, Maſtiches dictum.
- *lignum.*

Leucoïum, *flos.*
Leviſticum
- *fol.*
- *Rad.*
- *ſemen.*

Liguſtrum, *lignum.*
Lilium
- album.
  - *flores*,
  - *Rad.*
- Convallium, *flores*,

Limonia, *fructus* ex quo
- *cortex*,
- *ſemen*,
- *ſuccus.*

Linaria, *fol.*
Lingua avis, *V.* Fraxinus.
Linum, *ſemen.*
Liquidambar, *Reſina.*
Lotus, *fol.*

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 28 sur 262

Lupinus, *ſemen.*
Lupulus — { *Iuli, flores, folia.*
Lycium, *ſuccus concretus.*
Lyſimachia purpurea ſpicata, *fol.*

MACER veterum, *cortex lignoſus.*
Macis, nucis moſchatæ *cortex interior, vulgo flos.*
Majorana, *V.* Sampſucus.
Malabatrum, *V.* folium.
Malva, *tota planta.*
Mandragora — { *cortex radicis, folia.*
Manna, *ſuccus concretus.*
Manna Thuris, *ſunt micæ, ſeu fragmenta* Thuris.
Maratrum, *V.* fœniculum.
Marrubium album, *ſeu* Praſſium, *fol.*
Marum — { *flores, folia.*
Matricaria, *ſeu* Parthenium, *ſeu* Criſpula, { *flor. fol.*
Maſtiches, *gummi reſina ex lentiſco.*
Meconium, *ſuccus expreſſus papaveris.*
Mechoacanna, *R.*
Melilotus, *flores cum foliis.*
Meliſſa, *ſeu* Citrago, *ſeu* Meliſſophyllum, *fol.*
Melo — { *fructus, ſemen.*
Mentha — { Cattaria, *ſeu* Nepeta, *fol.* Criſpa, Verticillata, *fol.* Hortenſis, Agreſtis, *ſeu* mentaſtrum. Aquatica, *ſeu* Syſymbrium, *ſeu* Balſamita. Sylveſtris, *ſeu* cynocrambe, *folia.*
Mercurialis — { *mas, fæmina,*
Meſpylus, { *fructus, officula.*
Meum, *Radix.*
Mezereum, *V.* Laureola.
Milium, *ſemen.*
Milium ſolis, *ſeu* Lithoſpermum, *ſemen.*
Millefolium, *fol.*
Momordica, *R.*
Morus — { *cortex, folia, fructus nigrorubeſcens, ſuccus.*
Moſchata, *V.* Geranium.
Muſcus — { Arboreus, Marinus, *V.* Corallina, Saxatilis, lichen, Terreſtris, Uſnea cranio hominis adhæreſcens.
Myrobolanus — { Bellerica, Chebula, Citrina, Emblica, Indica, } *fructus.*
Myrrha, *gummi reſina,*
Myrrhis, *folia.*

©BIU Santé

- Myrthus
  - *folia;*
  - *Bacca myrthilli dicti.*

- NAPUS
  - Sativus;
  - Sylveſtris, *ſeu* Bunias,
    - *ſemen,*
    - *Rad.*
- Nardus
  - Indica, *ſpica,*
  - Celtica, *R.*
- Naſturtium
  - *folia;*
  - *ſemen.*
- Nepeta, *V.* Mentha.
- Nephriticum, *lignum.*
- Nicotiana, *ſeu* Tabacum, *ſeu* Petum. *fol.*
- Nigella, *ſemen.*
- Nummularia, *ſeu* hirundinaria, *fol.*
- Nux
  - Aquatica, Tribulus Aquaticus.
  - Cupreſſi,
  - Juglans,
    - *cortex*
    - *fructus,*
    - *iuli,*
    - *putamen.*
  - Moſchata,
    - *flos*, *V.* Macis.
    - *fructus.*
  - Pontica, *ſeu* Avellana.
  - Vomica, *fructus.*
  - Pini, *fructus.*
- Nymphæa
  - *flos,*
  - *Rad.*

- OCIMUM, *V.* Baſilicum.
- Olea *fructus, ex quo ſuccus* oleum dictum.
- Olibanum, *V.* Thus.
- Ononis, *ſeu* Reſta bouis, *R.*
- Ophiogloſſum, *fol.*
- Opium, lacryma.
- Opobalſamum, *V.* Balſamum.
- Opopanax, *gummi.*
- Origanum, *fol.*
- Orobum, *V.* Ervum.
- Oryza, *V.* Frumentum.
- Oxylapathum, *V.* Lapathum.

- PALMA-CHRISTI, *ſeu* Ricinus, *ſemen.*
- Palma
  - *fructus Dactyli dicti,*
  - *Palmulæ,*
  - *Oleum.*
- Papaver
  - album
    - *capita;*
    - *lacryma quæ opium,*
    - *ſemen,*
    - *ſuccus qui meconium.*
  - rubrum, *ſeu* erraticum,
    - *capita,*
    - *flores,*
    - *ſemen.*
- Parietaria, *ſeu* Helxine, *fol.*
- Paſtinaca
  - *Radix,*
  - *ſemen.*
- Pentaphyllum, *R.*
- Perfoliata, *ſemen.*

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 30 sur 262

Perſica malus — *flores*, *folia*, *fructus*, *ſemen.*
Perſicaria, *V.* Hydropiper.
Perſonata, *V.* Bardana.
Petaſites, *R.*
Petroſelinum — macedonicum, *ſem.* / noſtras — *folia*, *Rad.* *ſemen.*
Peucedanum, *R.*
Phaſeolus, *ſemen*,
Phu, *ſeu* Valeriana — major vera, minor. *R.*
Piloſella, *ſeu* Auricula muris, *fol.*
Pimpinella, *ſeu* Sanguiſorba, *tota planta.*
Pinus, — *nuces Pineæ dictæ*, *cortex*, *folia*, *Reſina.* — Pix, ex tædis accenſis. Piſſa, Piſſelæon, *ſeu* Pix liquida. Zopiſſa ex navibus deraſa. Palimpiſſa, pix ſicca navibus adhibenda. Piſſaphaltos, ex pice & bitumine factitiũ quid.
Piper — Leucopiper, album, Macropiper, longum, Melanopiper, nigrum, Hydropiper, *ſeu* Perſicaria.
Piſa, *ſemen.*
Piſtachia, *fructus*,
Plantago — major latifolia centinervia, *fol.* / minor anguſtifolia, *S.* / quinque nervia — *fol.* *Rad.* *ſemen.*
Pœonia — fæmina. mas — *flos*, *Radix.* *ſemen.*
Polium, *fol. cum floribus*,
Poligonatum, *ſeu* ſigillum Salomonis, *R.*
Poligonum, *V.* Centumnodia.
Polypodium, *Radix.*
Polytricum, *V.* Capillares herbæ.
Pomus mala. — Regia, Carpendula — *fructus*
Populus, *oculi.*
Porrum — *folia*, *Radix*, *ſemen.*
Portulaca — *folia*, *ſemen.*
Praſſium, *V.* Marrubium.
Primula veris, *V.* herba S. Petri — *fol.* *flos.*
Prunella, *V.* Conſolida.
Prunus mala, Damaſcena nigra, *fructus.*
Pſyllium, *ſemen.*
Ptarmica — *fol.* *Radix.*
Pulegium, *fol.*
Pulmonaria, *fol.*
Pulſatilla, *V.* Anemone.
Punica malus, *V.* Granata.
Pyrethrum, *Rad.*

©BIU Santé

Pyrola, *fol.*
Pyrus mala, *fructus.*

QUERCUS
- *cortex*,
- *folia*,
- *fungus*,
- *glandes*,
- *viſcum.*

Quinaquina, *cortex.*
Quinque folium, *V.* Pentaphyllum.

RANUNCULUS
- *folia*,
- *Rad.*

Rapa
- *Rad.*
- *ſemen.*

Raphanus
- Rotundus, ſeu
- Domeſticus,
  - *Rad.*
  - *ſemen.*
- Sylveſtris, S. Ruſticanus, *R.*

Reſina, *ſuccus ex quibuſdam arboribus inſtillans.*

Rhabarbarum
- verum, *Radix.*
- monachorum, *V.* Lapathum, *R.*

Rhaponticum, *R.*
Rhodia, *Radix.*
Rhodium, *lignum.*

Ribes
- *fructus*,
- *ſuccus.*

Roſa
- Alba, *flores*,
- Damaſcena, *fl.*
- Pallida
  - *fl.*
  - *pediculus*,
  - *Anthera.*
- Rubra, *fol. fl.*

Roſmarinus
- *flos qui dicitur Anthos*;
- *folia*,
- *lignum.*

Ros ſolis, *folia.*
Rubia tinctorum, *Rad.*

Rubus
- *folia*,
- *fructus.*

Ruſcus, *V.* Bruſcus.

Ruta
- *fol.*
- *ſemen.*

SABINA, *fol.*
Saccharum, *V.* Arundo.
Sagapenum, *gummi.*

Salix
- *folia*,
- *cortex.*

Salvia
- *folia*,
- *flores.*

Sambucus
- *Bacca*,
- *cortex interior*,
- *flores*,
- *folia*,
- *ſemen.*

Saumpſucus, *V.* Majorana.
Sandarax, *gummi juniperinum.*
Sanguis Draconis, *gummi.*
Sanguiſorba, *V.* Pimpinella.
Sanicula, *fol.*

Santalum
- album;
- citrinum;
- rubrum.

Santonicum, Semen Sanctum, *ſeu* Semen contra.

B iij

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 32 sur 262

©BIU Santé

Saponaria — { *Rad.* *fol.*
Sarcocolla, *gummi.*
Saſſafras, *lignum.*
Saſſaparilla, *R.*
Satureia, *fol.*
Satyrium, *ſeu* Orchis, *ſeu* Cynoſorchis, *R.*
Saxifraga, *tota planta.*
Scabioſa, *folia cum floribus.*
Scammonium, *ſuccus.*
Scariola, *V.* Intibum.
Scarlatum, *V.* Chermes.
Schœnanthum, *V.* Juncus odoratus.
Scilla, *R.*
Scolopendrium, *V.* Capillares herbæ.
Scordium, *fol.*
Scorzonera — { *Radix*, *fol.*
Scrophularia, *R.*
Sebeſten, *fructus.*
Secale, *V.* Frumentum.
Sedum — { vulgare, *fol.* minimum, *ſeu* vermiculare, *ſeu* illecebra, *fol.*
Senecio, *ſeu* Erigerum minus, *fol.*
Senna — { *folia*, *folliculi.*
Serpentaria, *ſeu* Dracunculus minor, *R.*
Serpillum, *fol.*
Seſami, *ſemen.*
Seſeli — { Officinarum, liguſtricum, *R.* Maſſilienſe, *ſeu* Siler montanum — { *Rad.* *ſemen.* Creticum, *ſemen.*
Sideritis, *ſeu* Tetrahit *fol.*
Sigillum Salomonis, *V.* Poligonatum.
Sigillum beatæ Mariæ, *R.*
Sinapi, *ſemen.*
Siſer, *ſeu* ſiſarum, *ſeu* Rapunculus hortenſis, *R.*
Smilax aſpera, *vide* Saſſaparilla.
Smirnium, *vide* Leviſticum.
Solanum — { hortenſe, *folia*; Bacciferum, *vide* Alkekengi.
Soldanella, *vide* Braſſica.
Sonchus aſper *vide*, Lactuca leporis, *fol.*
Sophia Chirurgorum, *ſeu* Naſturtium ſylveſtre, *ſeu* Thalictrum, *ſemen.*
Sorbus, *fructus.*
Spergula, *V.* Apparine.
Spica, *V.* Nardus.
Spina infectoria, *S.* Rhamnus, *Bacca.*
Spinachia, *V.* Lapathum.
Spondylium, *fol.*
Staphis agria, *ſemen.*

©BIU Santé

Stoechas, *flos*;
Styrax ——— { liquidus myrrha ſtacte. | ſiccus, ſtyrax calamita officinarum. }
Suber, *cortex*.
Succiſa, *ſeu* morſus diaboli——— { *Radix*, | *flor.* | *folia.* }
Succolata, *maſſa ex fructu Cacao.*
Sumach, *ſeu* Rhus, *ſemen.*
Symphytum, *V.* Conſolida.

TABACUM, *V.* Nicotiana.
Tacamahaca, *reſina gummi.*
Tamarindus, *fructus.*
Tamariſcus, *tota planta.*
Tanacetum, *ſeu* Athanaſia, *fol.*
Tapſia, *R.*
Taraxacum, *vide* Dens Leonis.
Telephium, *V.* Fabaria.
Tereniabin, *ſuccus.*
Terebinthus ——— { Chio Cypria veneta dicta. | vulgaris, *ſeu* reſina laricis ex qua pix; | reſina alba & colophonia. }
Tetrahit, *S.* herba Judaïca, *fol.*
Teucrium, *fol.*
Thee, *fol.*
Thlaſpi, *ſemen.*
Thymelæa, *vide* Mezereum.
Thymiama, *cortex Thuris.*
Thus ——— { mas *reſina duriuſcula*, *ſeu* Olibanum; | fœmina *reſina mollis.* }
Thuya, *ſeu* arbor vitæ, *fol.*
Thymus, *fol. cum ſummitatibus.*
Tilia ——— { *cortex*, | *flores*, | *lignum*, | *ſemen.* | *viſcum.* }
Tithymalus — { *ſemen*, | *cortex radicis.* }
Tormentilla, *R.*
Tragacantha, *ſeu* Spina hirci, *gummi.*
Trichomanes, *V.* Capillares.
Trifolium, *V.* Acetoſella.
Triſſago, *V.* Chamædrys.
Triticum ——— { *Amylum*, | *farina*, | *furfur*, | *Pollen.* }
Tubera cervina, *V.* Fungus.
Tunica, *V.* Caryophyllus.
Turpethum, *R.*
Tuſſilago, *ſeu* Pes-Aſini, *ſeu* Farfara, *tota planta.*

VALERIANA, *V.* Phu.
Veratrum, *V.* Elleborus.

©BIU Santé

Verbaſcum, *ſeu* Tapſus barbatus, *fol. cum floribus.*
Verbaſculum, *V.* herba Paralyſis.
Verbena, *fol.*
Vermicularis, *vide* Sedum.
Vernix, *vide* Juniperus.
Veronica, *folia.*
Vicia, *ſemen.*
Vinca pervinca, *ſeu* Clematis Daphnoïdes, *fol.*
Vincetoxicum, *ſeu* Hirundinaria, *ſeu* Cotyledon, *vide* Aſclepias.

- Viola
  - Martia
    - *ſemen,*
    - *fol.*
    - *flor.*
  - Lutea, *V.* Leucoïum
  - Tricolor, *ſeu* Jacea, *fol.*

Virga aurea, *fol.*
Virga paſtoris, *R.*

- Viſcum
  - *Corylinum,*
  - *Quercinum,*
  - *Tiliacum,*

Vitex, *vide* Agnus caſtus.
Vitis alba, *vide* Bryonia.
Vitis vinifera, infra.
Ulmaria, *ſeu* Regina prati, *fol.*
Ulmus, *cortex.*
Umbilicus veneris, *S.* Cymbalaria *fol.*

- Urtica
  - urens
    - vulgaris fœtida, *ſeu* Galeopſis, *fol.*
    - Romana, *ſemen.*
  - mortua *S.* Lamium, *fol.*

Uſnea, *vide* Muſcus.

Z EDOARIA, *R.*
Zingiber, *Radix.*

- Vitis Vinifera
  - Folia, *ſeu* Pampini.
  - Uvæ
    - Immaturæ, ex quibus Omphacium, *ſeu* Agreſta; *Gallice verjus.*
    - Maturæ
      1. Vinum, ſuccus fermentatione exaltatus.
      2. Acetum, diſſolutione Tartari, & Salium volatilium diſſipatione.
      3. Tartarus, *ſeu* Sal eſſentiale, in fæcibus vini præcipitatum per fermentationem.
      4. Cineres Clavellati ex vinaceorum & palmitum calcinatione, *ſeu* terra mortua ſuo ſale imprægnata.
      5. Vinacea, *Gallice Marc*, expreſſione muſti reſidua.
    - exſiccatæ
      - Maximæ, *ſeu* Damaſcenæ,
      - Majores, *ſeu* Maſſilienſes,
      - Minores, *ſeu* Corinthiacæ.
  - Lacryma, ſuccus ex amputatis verno tempore palmitibus extillans, qui aqua vitis dicitur.

SECTIO

©BIU Santé

SECTIO SECUNDA.

DE REGNO METALLORUM.

De Gemmis, Lapidibus, Metallis, Mineralibus, & eorum recrementis, Salibus, Terris & Aquis.

DE GEMMIS.

AMETHYSTUS,
Chryſolitus,
Granatus,
Hyacinthus,
Onyx,
Opalus, Rubinus,
Saphyrus,
Sardus, Carneolus,
Smaragdus,
Topaſius.

DE LAPIDIBUS.

ÆTITES, *ſeu* Lapis Aquilæ,
Alabaſtrites,
Alectorius,
Armenus,
Amianthus,
Calaminaris,
Bezoar, — Orientalis, Occidentalis.
Calcarius, unde Calx viva,
Catechu,
Cryſtallus,
Gypſum,
Hæliotropium,
Hæmatites,
Gagates,
Jaſpis,
Judaïcus,
Lateres vetuſti,
Lazulus, Cyanus,
Lyncis,

C

©BIU Santé

Ludus,
Magnes,
Marmor,
Nephriticus,
Ophites, Serpentinus,
Oſtiocolla,
Porphyrites,
Pyrites,
Pumex,
Selenites, *ſeu* Specularis,
Silex,
Smiris,
Talcum.

DE METALLIS.

AURUM, *ſeu* Sol,
Argentum, *ſeu* Luna,
Æs, cuprum, *ſeu* Venus,
Argentum vivum, *ſeu* Hydrágyros, Mercurius;
Ferrum, *ſeu* Mars,
Stannum, *ſeu* Jupiter,
Plumbum, *ſeu* Saturnus.

DE MINERALIBUS, eorumque recrementis.

- ALUMEN —
  - Rupeum,
  - Plumeum, *ſeu* Amianthus;
  - Sciſſile.
- Æs —
  - flos, ærugo,
  - ſquamma.
- Anatron, *ſeu* fel vitri.
- Antimonium, *ſeu* ſtibium.
- Arſenicum — Riſigallum —
  - Citrinum, aureum, flavum, Auripigmentum.
  - Rubrum, Sandaracha Græcorum.
  - Album ſimpliciter dictum, *ſeu* Arſenicum cryſtallinum.
- Biſmuthum,
- Bitumen,
- Borax, Chryſocolla,
- Carbo petræ,
- Chalybs,
- Cinnabaris,
- Cobaltum,
- Calchitis,
- Ceruſa,
- Cadmia —
  - nativa metallica, *V.* Cobaltum.
  - factitia, *vide* Lap. Calaminaris.
- Diphryges,

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 37 sur 262

Lithargyrus — Auri, *ſeu* Chryſitis. / Argenti, *ſeu* Argyritis.

Marcaſita,

Minium — nativum / factitium — cinnabaris nativa; ex Ceruſa, ex plumbo calcinato; minium vulgare.

Miſy,

Naphta,

Nihilum,

Petrolæum — Italicum, colore albo / Narbonenſe, colore nigro.

Plumbago, *ſeu* Molibdena.

Sori,

Stibium, *vide* Antimonium.

Sulphur — Caballinum, Citrinum, Vivum.

Tuthia, *ſeu* Pompholix.

Vitriolum — Cyprinum; cæruleum / Hungaricum, *ſeu* Cærul. cyprino ſimile. / Subviride, *S.* Goſlarienſe, cæruleſcens. / Album, factitium / Romanum. ſiccum ſordide viride / anglicum huic ſimile ſed humidius.

DE SALIBUS.

SAL Ammoniacum,
Commune,
Gemmæ,
Indum,
Nitri,
Aphronitrum, *S.* Spuma nitri.

DE TERRIS.

ARMENIA,
Argilla,
Alena, *ſeu* Tripolis,
Ampeſites,
Cimoliæ,
Creta,
Ochra,
Marga,
Samia,
Sigillata, *ſeu* Lemnia, *ſeu* Melitea;
Lignienſis,
Sileſiaca,
Strigenſis, &c.

DE MARINIS.

ASPHALTOS, *ſeu* Bitumen Judaïcum,
Ambra cineritia, *ſeu* Ambarum,

©BIU Santé

©BIU Santé

Blatta, Bizantia, *ſeu* Concha marina,
Coralium ——— { album, nigrum, rubrum.
Margaritæ, *ſeu* uniones,
Matris perlæ,
Succinum ——— { album, Citrinum Karabe, nigrum, gagates.
Sperma Ceti,
Spongia,
Umbilicus Marinus.

DE AQUIS.

AQUA ciſterna,
Fluvialis,
Fontana,
Glacialis,
Maïalis, *ſeu* roris maïalis,
Marina,
Metallica, *ſeu* mineralis — { aluminoſa, vitriolata, ſalſa, Borbonica, Sanreginenſis, &c.
Nivea,
Paluſtris,
Pluvialis,
Putealis,
Stagnina,
Tonitrualis.

SECTIO TERTIA.

DE ANIMALIUM FAMILIA.

DE ANIMALIBUS INTEGRIS.

APES,
Aſelli, *ſeu* Millepedes,
Bombyces,
Bufo,
Cancri fluviales,
Cantharides,
Catuli,
Cicadæ,
Cochinillæ,
Cochlea,
Erinaceus,
Formica,

©BIU Santé

Gallus,
Hirundines, & earum pulli,
Lumbrici —— { *Inteſtinorum*; *Terræ*.
Mus,
Paſſer,
Rana,
Serpens,
Sanguiſugæ, *S.* Hirudines.
Scincus,
Scorpiones,
Talpa,
Vipera,
Vulpes.

DE PARTIBUS ANIMALIUM.

Adeps, Axungia, Pinguedo.

AGNI,
Anatis,
Anſeris,
Anguillæ,
Apri,
Ardeæ,
Canis,
Caponis,
Caſtorei,
Cati ſylveſtris,
Ciconiæ,
Coturnicis,
Cuniculi,
Cygni,
Equi,
Erinacei,
Eſchiæ, Timalli,
Gallinæ,
Hominis,
Leonis,
Leporis,
Lucii,
Lupi,
Muris —— { domeſtici, montani,
Pardi,
Porci,
Serpentis,
Taxi, meli,
Viperæ,
Urſi,
Vulpis,
Vulturis.

Aſtragalus, —— { Leporis, Suis.

Caro hominis exſiccata, mumia dicta.
Cerebrum —— { Leporis, Paſſerum.
Chelæ cancrorum,
Cor —— { Bovinum, Cervinum, Porcinum, Vervecinum;
Cranium humanum violenta morte extinctum.
Criſta galli.

©BIU Santé

- Dens
  - Apri,
  - Elephantis, ebur dictum,
  - Equi marini,
  - Lucii,
  - Lupi.
- Fel
  - Accipitris,
  - Bovis,
  - Capræ,
  - Leporis,
  - Milvi,
  - Suis,
  - Tauri,
  - Urſi.
- Hepar
  - Lupi,
  - Lutræ,
  - Ranarum,
  - Viperæ,
- Inteſtina
  - Lupi,
  - Vulpis.
- Mandibulæ lucii,
- Medulla cruris
  - Agni,
  - Bovis,
  - Capræ,
  - Cervi,
  - Equi,
  - Vituli.
- Omentum
  - Agni,
  - Arietis,
  - Vervecis,
  - Vituli.
- Os
  - è corde Cervi,
  - cruris Bovis,
  - Sepiæ,
  - Hominis.
- Pelliculæ interiores ſtomachi gallinæ.
- Priapus
  - Cervi,
  - Tauri.
- Pulmo vulpis.
- Sevum
  - Bovinum,
  - Cervinum,
  - Equinum,
  - Hircinum,
  - Taurinum,
  - Urſinum,
  - Vulpinum,
  - Vitulinum.
- Splen, Bovis.
- Teſticuli
  - Caſtorei,
  - Equi,
  - Galli,
- Talus
  - Cervi,
  - Leporis.

DE ANIMALIUM EXCREMENTIS, aliiſque ab iis deſumptis.

- ALBUM græcum, *ſeu* Stercus caninum.
- Butyrum
  - non ſalitum,
  - ſalitum.
- Calculus è veſicula humana, Ludus dictus.
- Caſeus recens.
- Cera
  - alba,
  - flava,
  - virginea.
- Coagulum
  - Agni,
  - Equi,
  - Hœdi,
  - Leporis,
  - Vituli.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 41 sur 262

©BIU Santé

- Cornu
  - Alcis,
  - Bovis,
  - Cervi,
  - Hirci,
  - Rhinocerotis,
  - Unicornu, monocerotis.
- Exuviæ ſerpentis, *ſeu* Senectæ,
- Folliculi Bombycum.
- Ichthiocolla,
- Lac
  - Aſininum,
  - Caprinum,
  - muliebre,
  - ovile,
  - vaccinum.
    - Butyrum,
    - Caſeus,
    - Serum.
- Lana ſuccida,
- Lapis
  - Bezoar
    - Orientalis,
    - Occidentalis.
  - è capite
    - Carpionum,
    - Percarum,
    - Bufonum.
  - è felle Bovis,
  - ex oculis Cancrorum,
  - è veſica humana,
- Margaritæ, uniones
- Mel
  - virgineum
  - commune.
- Moſchus,
- Muria,
- Nidus hyrundinum,
- Oculi
  - Cancrorum,
  - Lucii piſcis.
- Oeſypus,
- Ova
  - Formicarum,
  - Gallinarum
    - Albumen,
    - Germen,
    - Putamen,
    - Teſta,
    - Vitellus.
- Pili Leporis.
- Plumæ Perdicum,
- Propolis, *V.* Oeſypus,
- Saliva jejuni hominis.
- Sanguis
  - Columbæ,
  - Felis,
  - Hirci,
  - Hominis,
  - Leporis,
  - Perdicis,
  - Suis,
  - Tauri,
  - Taxi,
  - Teſtudinis.
- Sericum Bombycum,
- Secundina
  - cervina,
  - muliebris.
- Serum lactis,
- Stercus
  - Anſeris,
  - Canis,
  - Capri,
  - Ciconiæ,
  - Columbarum,
  - Equi non caſtrati,
  - Gallinæ,
  - Hirundinum,
  - hominis, Zibetha occid.
  - Murium,
  - Ovium,
  - Pavonis,
  - Suis,
  - Vaccæ.
- Tela Aranearum.

- Teſtæ Aquatilium
  - Blattæ Bizantiæ, *ſeu* unguis odorati.
  - Buccinarum,
  - Cancrorum,
  - Cochlearum,
  - Dentalij,
  - Entalij,
  - matris Perlarum,
  - Mytulorum,
  - Ovorum,
  - Purpuræ,
  - Sepiæ,
  - Umbilici.
- Ungula
  - Alcis,
  - Aſini,
  - Bovis,
  - Equi,
  - Lincis,
- Urina
  - Apri,
  - Capræ,
  - hominis
    - infantis,
    - adulti.
- Uſnea cranii hominis.

©BIU Santé

COLLECTANEORUM PHARMACEUTICORUM CLASSIS SECUNDA.

De præparationibus & correctionibus quorumdam medicamentorum uſualium,

De nuncupatoriis, ſuccedaneis, characteribus, ponderibus ac menſuris.

SECTIO PRIMA.

DE PRÆPARATIONIBUS.

§. I.

Adipum ſeu pinguedinum, axungiarum, medullarum & ſepi præparatio.

ADEPS quivis recens exciſus exemptis venulis ac fibris multoties aquâ purâ lotus, quæ nec cruenta ſanioſaque appareat, igne lento liquatur, aſperſâ identidem aquæ quantitate exiguâ, coletur, colatus recondatur; ſed quantum erit poſſibile, utendi tempore præparetur.

Eadem obſervabis de ſupradictis aliis animalium partibus.

§. II.

Album Græcum ſeu Rebis canini præparatio.

REcipe Rebis canis oſſibus per aliquot dies nutriti, quantum volueris, lævigetur ſuper marmor, cum aquâ Burſæ paſtoris, vel Plantaginis Q. S. formetur poſtea in Trochiſcos.

D

©BIU Santé

§. III.

Aloës lotio.

ALoës vel ſuccotrina vel hepatica, ſi pura nec heterogeneis permixta ſit corporibus, lotione opus non habet; ſi vero impura, eam ſpiritu vini diſſolvere filtrare & balnei vapore poſtea exſiccare convenit.

De Aloë ſucco impraegnatâ per Violarum aut Roſarum infuſionem articulo de pilulis dicetur.

§. IV.

Ammoniaci gummi depuratio.

℞ GUmmi Ammoniaci quantum volueris ſuperfunde acetum vini, acerrimum, lento igne diſſolvatur ſæpius materiam ſpatulâ agitando, donec in lacteſcentem abeat liquorem, & gummi à fæcibus ſit ſegregatum, dein coletur calide per linteum rarum, idque repetatur, donec à fæcibus omnino ſit expurgatum. Liquorem percolatum evapora ad conſiſtentiam extracti.

Ammoniacum à ſordibus purum hac præparatione non indiget, quatenus partes ejus volatiliores, quæ per ebullitionem evaneſcunt, pulveriſatione utiliùs conſervantur & adhibentur, exceptis hiſce medicamentis & compoſitionibus; in quibus emplaſtica conſiſtentia deſideratur.

Nonnunquam vino diſſolvitur.

Eadem præparatione depurantur vel pulveriſantur gummi, reſinæ, gummireſinæ V. G.

Bdellium,
Galbanum,
Opopanax,
Sagapenum, &c.

§. V.

Amyli purificatio.

AMylum in pulverem redactum, ac per incernaculum trajectum, poſtmodum aquâ puriſſimâ pluries lotum, ſiccandum eſt.

§. VI.

Anacardiorum præparatio.

ANacardia terantur macerenturque in aceto acerrimo diebus ſex aut ſeptem, deinde lente exſiccentur.

©BIU Santé

§. VII.

AQUA MARINA SEU MURIA.

Ex Ioanne Dubois Pharmacopæo Pariſienſi.

AQua marina Pariſiis non reperitur propter diſtantiam, igitur ejus loco muriam noſtratem ſume. Muriæ autem varia eſt acceptio & ſignificatio apud Authores: accipitur enim aliquando pro liquamine piſcium conditorum, ut notat Simon Januenſis, qui dicit eſſe liquamen piſcium exenteratorum, quo pro ſalſamento multi utuntur, cui ſubſcribere videtur Diſcorides lib. 2. cap. 31. & Conſtantinus lib. 2. cap. ultimo, qui liquamen piſcium conditorum Garon vocant, quod pro muria nonnulli eſſe volunt. Alia ſpecies muriæ quæ ab Arabibus deſcribitur, eſt liquor deſudans ex farina hordei, dum panis conficitur, ut teſtatur Azaranius ſcribente dicto Simone Januenſi: præter hæc duo muriæ genera aliud eſt, quod fit ex liquamine carnis ſale conditæ, quæ pro muria verius accipitur, quod nonnulli tamen Pharmacopœi inepte pro aqua marina ſumendum putant: liquamen enim illud adſtringens eſt, & quando plurimum coquitur, vim acquirit corpora rubeo colore tingendi. Igitur ejus loco aquam accipimus cum ſale ad ſpiſſitudinem muriæ coctam, quæ potius eligi debet, ut quæ ſit pro ſcopo olei vulpini. Idcirco prout annotavit Joan. Dubois & confirmavit Margravius in collectaneis chymicis, conficienda erit muria, ex aqua pura & ſale communi, addendo ſalis tantum quanto aqua ſaturari poteſt.

§. VIII.

Ari radicum præparatio.

RAdices Ari optime mundatæ teſſelatimque inciſæ macerentur in vino albo 24. horarum ſpatio, poſtea exſiccentur. Nonnunquam ſine maceratione adhibentur.

§. IX.

Aſellorum, ſeu Millepedum præparatio.

ASelli à ſordibus prius mundati vino albo abluantur dein exſiccentur. Leni enim hac præparatione ſal eorum volatile minimè deperditur.

§. X.

Bolus Armenia.

QUoniam Bolus Armenia ſuo ſale centrali eſt imprægnata ſicut & aliæ terræ, convenientius erit ejuſdem virtutes potiùs augere quam

D ij

©BIU Santé

manifeſtè eas deprimere; idcirco rore maïali vel alio liquore convenienti eam irrorare oportet, & ad ſolem vel lentiſſimum ignem exponere, ut ſuperfluâ privetur humiditate: ſic aliâ præparatione opus non habebit, quam ut heterogeneis, ſi quæ ſint, manuum operâ liberetur.

§. XI.

Bufonum, Ranarum præparatio.

BUfones vel Ranas in aprico exſiccare conſultum erit, obſervando tamen ne ſoli diutius quam par ſit exponantur, animalia quippe nimium deſiccata vel combuſta, nihil præter inutilem terram poſt ſe relinquunt.

§. XII.

Butyri præparatio & lotio.

INterdum in mortario plumbeo per multas horas agitatur, piſtillo etiam plumbeo. Interdum etiam aquâ Roſarum multoties lavatur, linteo imponitur, ut aqua ebibatur.

§. XIII.

Calcis ablutio.

CAlx viva in catino vel vaſe figulino copioſæ aquæ dulcis affuſione agitetur, cumque in fundo reſederit, multoties aquâ ſepties vel octies, pro arbitrio repetatur, factâ ſingulis vicibus per filtrum colatione: tandem aqua roſacea affundatur, quæ poſt lotionem effundatur; calx exſiccata ad uſum ſervetur.

Ex prima lotione fit aqua phagædenica ut ſuo loco dicetur. Ex ſecunda vel aliis lavantur ulcera, quia tamen aqua calcis quovis tempore parari facile poteſt, in ejus compoſitione non eſt immorandum: quo in caſu major aquæ quantitas lotiones repetitas ſupplebit.

§. XIV.

Cantharidum præparatio.

CAntharides vapore acerrimi aceti enecatæ & exſiccatæ fictili reconduntur, pergamenâque chartâ claudantur, demptis prius partibus inutilibus.

§. XV.

Ceruſæ lotio.

CEruſa ſuper cribrum inverſum trajecta, aquâ roſaceâ pluries lavabitur, poſtea formabuntur trochiſci.

©BIU Santé

§. XVI.

Cochlearum teſtarum præparatio.

COchlearum oblongas teſtas accipe, quæ prope piſcinas & lacus reperiuntur, his affunde acetum diſtillatum, protrahatur infuſio per noctem ad extrahendum mucum, quem diligenter abrades, exſiccatas poſtea pulveriſa, & cum aquâ cardui benedicti ſuper marmor præpara.

§. XVII.

Coraliorum Aſſatio.

INdita ſartagini ferreæ coralia igni committantur, & verſentur donec calore intenſiori nativum colorem deponant.

Similiter aſſentur.

Arabicum gummi,
Ovorum putamina,
Gypſum,
Semina Papaveris,
Portulacæ, & S.

§. XVIII.

Cornu Cervi præparatio.

MOdò uſtum uſurpatur, modò crudum, quod uſto omnino præſtat: quando quidem uſtione & calcinatione vulgari, vires ipſius ſicut & aliorum animalium eorumque partes non parum infringuntur. Crudum itaque in ſcobem tenuiſſimam reducitur, deinde in pulverem redigitur.

Laudatur tum in aqua decoctum, tum in gelatinam ebullitione & coctione redactum. Quando tamen animalium eorumque partium pro ſcopo & intentione Doctoris medici neceſſaria videbitur uſtio, ſic procedendum erit.

Cornu-cervi in tenues lamellas diſſecti quantum volueris vaſi figulino imponitur, deinde in fornace ad albedinem uritur, poſteaque pulveriſatum ſuper lapidem porphyritem minutiſſimè aquâ roſaceâ vel aliâ teritur, & in placentulas formatur. Poſt calcinationem una ex tribus partibus ſupereſt. Pari uſtione parabuntur, & parari poterunt.

Bufones,
Cancri fluviales,
Concharum teſtæ,
Ebur, ſpodium dictum,
Erinacei,
Oculi Cancri,
Pili leporis,
Pilæ marinæ.

Cornu Cervi philoſophica præparatio reperitur, pag. in claſſe quinta.

D iij

©BIU Santé

§. XIX.

Cranii hominis præparatio.

℞. RAſuram cranii hominis morte violentâ perempti, ab omni immunditie & pinguedine liberati, q. v. aquæ Liliorum convallium ſufficienti quantitate irroretur, ut fiat paſta, quæ exſiccetur, poſtea pulveriſetur & cum S. Q. florum Tiliæ iterum in maſſam reducatur, idque tertia vice ex aqua florum Pœoniæ repetatur: quarta vero vice ex aqua Ceraſorum nigrorum impaſtetur: tandem ſiccatus ex arte pulvis ſervetur.

§. XX.

Dentium Apri.

℞. DEntium Aprorum in tenuiſſimas partes diviſorum Q. V. impaſtentur S. Q. aquarum cardui Mariæ, ſcabioſæ vel alterius ejuſdem virtutis, paſtam exſiccatam ſerva ad uſum.

Similiter parari poterunt Mandibulæ Lucii.

§. XXI.

Elaterium.

SUccus fructus cucumeris agreſtis maturi Mariæ balneo digeritur, inſpiſſaturque, ſervandus in vaſe vitreo.

§. XXII.

Ellebori utriuſque correctio.

RAdices Ellebori albi vel nigri demptâ ligneâ medullâ triduo in vino Cydoniorum macerentur loco tepido & calente, poſtea exſiccentur ac reponantur: radices ſic maceratæ pomo Cydonio infigantur, quod poſtea panis paſtâ non coctâ involutum, in clibano coquatur ad ſufficientiam: peractâ coctione radices exime, ſicca, & ſerva.

§. XXIII.

Eſulæ præparatio.

COrtices radicum Eſulæ qui induſtriè præparare intendit; acetum in quo per 24. horas cortices infuſi ſunt, ſeparet, & effundat.

§. XXIV.

Euphorbii correctio.

EUphorbium ab omni ſorde & fæce expurgatum in exiguas partes redigatur, vaſe vitreo excipiatur ſuperaffuſâ ſucci limonum optime

©BIU Santé

depurati quantitate tantâ, quæ Euphorbium tribus vel quatuor digitis excedat. Mariæ balneo fervente ſimul committantur, donec Euphorbium à ſucco diſſolvi videatur. Tunc per linteum mundum coletur, & iterum eodem balneo reponatur, ut evaporatione omnis ſucci humiditas diſſipetur, Euphorbium in fundo manebit paratum, omnis caloris exuperantis, & venenatæ qualitatis expers.

§. XXV.

Ghitta Iemu correctum, Minderei.

℞. GHitta Jemu, ſeu Gutta gummi q. v. diſſolve in ſpiritu vitrioli, abſtrahatur ſpiritus, idque ternâ vice repete, reſiduum exſiccetur lente, ne ſcilicet nigreſcat, ſed colorem ſuum retineat nativum.

§. XXVI.

Hirundinum præparatio.

HIrundines deplumatæ & exenteratæ, cucurbitâ vitreâ leni balnei calore exſiccatæ, pulveriſabuntur ad uſus.

§. XXVII.

Iecur Lupi.

VIno odorato lotum exſiccetur in furno, & abſinthio circumdatum reponatur. Ante exſiccationem pulvere ſantali citrini conſpergatur.

§. XXVIII.

Inteſtinum Lupi præparatio.

SEcundùm longitudinem ſectum, ac vino in quo ruta & fœniculum coctà fuerint elotum, exſiccetur, rutâque obvolutum ſervetur.

§. XXIX.

Laccæ præparatio.

℞. RAdicum Ariſtolochiæ longæ ſchœnanti ana unam unciam bulliant ſimul in S. Q. aquæ ad remanentiam libræ unius, cui colatæ injice laccæ immundæ (ſincera quippe per ſe uſurpari poteſt) & parum fractæ uncias quatuor decoquantur moderato igne, dum purior pars ſupernatet, & quidquid in lacca laudabile eſt, diſſolutum ſit, adeo ut aqua ſit coloris ſanguinei, tunc lacca per inclinationem ab humiditate & ſordibus ſeparata coletur, & balnei vel ſolis calore exſiccata, in trochiſcos recondetur ad uſum.

©BIU Santé

§. XXX.

Lapidum præparatio.

CONtunde in mortario æneo quem volueris ex lapidibus infra nominatis, poſtea ſuper porphyritem verſatili lapide quam minutiſſime inter lævigandum aquâ convenienti paulatim aſperge, ita ut fiat inſtar pulvis, nec dentibus nec unguibus perceptibilis, ſed ſicut alkool non perſentiatur, deinde formentur paſtilli.

Blatta Bizantia	cum aqua communi.
Cinnabaris	cum aqua communi.
Chryſolitus	cum A. Roſarum.
Coralia alba	cum A. R.
Coralia rubra	
Chryſtallus	cum A. Bugloſſi.
Granatus	cum A. R.
Hæmatites	cum A. Plantaginis.
Lapis Armenus	cum A. R.
L. Aquilæ, *ſeu* Ætites	cum A. Portulacæ.
L. Calaminaris	cum A. R.
L. Judaïcus	cum A. Parietariæ.
L. Lazuli	cuu A. Bugloſſi.
L. Lyncis	cum A. Parietariæ,
L. Magnetis	cum aqua communi.
L. Nephriticus	cum A. Parietariæ.
Margaritæ	cum A. R.
Matris Perlæ	
Oculi Cancri	cum A. Fragorum.
Ovorum putamina uſta	cum A. Parietariæ.
Rubinus,	cum A. Roſarum.
Saphyrus,	
Smaragdus	
Sardus, *ſeu* Carneolus	
Succinum album	cum A. Betonicæ.
Succinum citrinum	
Topaſius	cum A. R.
Tuthia	

§. XXXI.

Lapidis calaminaris præparatio.

LApis calaminaris id eſt cadmia lapidea æraria ſemel atque iterum in aceto fortiſſimo extinguatur, deinde ter in aqua fontanâ vel aliâ lotâ

lotâ ſuper marmor lævigata, cum aquâ Roſarum in paſtillos redigatur.

§. XXXI.

Lapidis Cyani vel Lazuli præparatio.

LApis eligendus eſt qui aureis ſtellulis & velut radiis micat cum cæruleo flaveſcentibus, quique prunis multoties ignitus & aqua borraginis vel Bugloſſi extinctus, colorem non deponit, quod etiamnum peragitur, ut ſcilicet facultas emetica & purgans quæ ab eo auferenda venit ſupprimatur ſuperſtite cardiacâ ac roborante. Quandoque etiam ſubtiliſſime tritus multoties aquâ fontis lavatur, aquâ per inclinationem effusâ ſuper porphyriten lapidem in pulverem impalpabilem cum aquâ roſaceâ redigitur in trochiſcos.

§. XXXII.

Lapidis Pumicis præparatio.

IGnitus extinguatur lacte vaccino, quartâ vice relinquatur quouſque infrigidetur abſque ulteriori extinctione, poſtea pulveriſetur.

§. XXXIII.

Laureolæ, Mezerei correctio. dium lôitima bru radices sic corrigenda

FOlia & radices macerentur horis 24. in aceto acerrimo, poſtea in umbra ſiccentur & adſerventur.

§. XXXIV.

Lithargyri lotio.

LIthargyrus tenuiſſime in mortario lævigetur, aquâ deſuper limpidiſſimâ effusâ & agitatâ, donec ea turbida fuerit, hinc in aliud vas conjiciatur, tum alia denuò effundatur, agitetur, turbidaque reddita præcedenti adjungatur, idque toties repetetur, donec fæces in mortario ſubſederint, omniſque tenuior ſubſtantia cum aqua fuerit educta, quæ quieſcere permittatur, ut in fundo remaneat lithargyrus ſolus ac ſincerus: tandem aquâ effusâ colligendus & ſiccandus.

§. XXXV.

Lumbricorum præparatio.

LUmbrici cum aqua pura toties laventur, donec omnem impuritatem deponant, & terram omnem eructent: poſtea per horas aliquot in vino albo macerentur.

©BIU Santé

©BIU Santé

§. XXXVI.

Mucilaginum extractio, ex Ioan. Dubois Pharm. Pariſ.

SEmina exquiſite eliges, ſeparatimque ponderabis, ac leviter conteres dempto ſemine pſyllii, lini & fœnugræci, quæ non teruntur, niſi aliter à medicis præſcribantur, quia abſque contritione mucilaginem viſcoſam etiam cumulate reddunt: radices verò electas, & à terra repurgatas minutim conſcindes ac conteres, & per ſe in fictilibus vaſis per 24. horas ſuper ignem lentum aut potius ſuper cineres calidos in ſufficienti aquæ tepidæ quantitate macerari permittes, aliquando tamen ſpatulâ ligneâ movendo, ne fictilibus inter macerandum & coquendum adhæreant. Signum autem perfectæ & abſolutæ coctionis erit, cum ſemina & radices maceratæ & coctæ aquam inſtar albuminis ovi efficiunt, aut paulò plus: deinde coctione peractâ intorquendo per ſe exprimi debent, quibus poſtea cum volueris tutò poteris uti.

Proportionem autem eam obſervabis, ut pro una libra ſeminum vel radicum accipias libras quatuor vel ad ſummum libras ſex aquæ calidæ.

§. XXXVII.

Oeſypi collectio.

℞. LAnas ſuccidas, hoc eſt nondum purgatas, quæ ex collo & femoribus ovium defatigatarum fuerint detonſæ, fervido & æſtuante ſole, affundatur aqua fervens pluries & lavetur diligenter, quouſque omnem pinguedinem in aquam depoſuerint, poſtea expreſſâ lanâ ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo aliquo diutiſſime ex alto fundatur & reaffundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma ſinatur ſubſidere: aquæ innatans pinguedo colligatur, iterumque aqua refundatur, donec ſpumet, ac ſubſidens pinguedo auferatur, quod tandiu fiat, donec non amplius appareat ſpuma, & nulla concreſcat ſuper aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma in aqua pura manu ſubigendo lavetur, ſordeſque immixtæ ſæpius aquam renovando auferantur, donec pura effluat, & pinguedo admotæ linguæ non mordeat, deinde reponatur in fictili denſo frigidoque loco.

Oeſypum hoc veterum corrupto nomine vocatur hyſſopus humida: ejus loco medulla cruris vituli ſubſtituitur.

§. XXXVIII.

Pompholygis vel Tuthiæ præparatio.

POmpholix, vel ejus defectu cadmia lævigata vulgo Tuthia dicta, & exquiſite pulveriſata, linteolo modice raro & mundo excepta

©BIU Santé

atque ligata, in vaſe aquâ limpidâ pleno huc illuc ducitur & agitatur, ut ejus tenuior & utilior pars in aquam effluat, craſſior vero, impurior & inutilis in linteo remaneat: reſidere ſinitur & repetitur, idque donec in linteo nihil utile remaneat. Pulvis paucâ aquâ roſaceâ aſperſus cogitur in paſtillos uſui ſervandos.

Super porphyritem ut cæteri lapides nonnunquam præparatur, ut dictum eſt, dicitur Spodium Græcorum ut infra notabitur.

§. XLI.

Pulmo Vulpis.

EXtractâ aſperâ arteriâ multoties lotus exquiſite ſiccatur, poſtea abſinthio circumdatus reponitur.

§. XLII.

Sanguinis hirci præparatio.

HIrcum diebus canicularibus (inquit Helmontius) ſuſpendo cornubus, & crura poſteriora ad cornua reflecto, teſtes abſcindo, & recepto inde cruore, exanguem dimitto pro lanione: hic cruor ſiccatus inſtar vitri difficillimæ triturationis eſt, atque longiſſime ab hircino ſanguine officinarum diverſus, aſſumptus drachmæ unius pondere confeſtim ſopit & curat pleuritidem abſque ſectione venæ.

§. XLIII.

Sanguinis humani præparatio. Ex Ioan. Dubois Pharm. Pariſienſ.

ACcipiatur ſanguis humanus ex homine ſcilicet boni habitus beneque temperati, quia tenuior eſt, in olla fictili bene coctâ & plumbata, vel ſi mavis vaſe vitreo excipiatur ſolique, vel furno uſque dum ſiccus evadat exponatur, abjectis partibus ichoroſis, qui poſtea in pulverem tenuiſſimum reducatur. Galenus ſanguinis humani loco ſuillum commendat l. 10. ſimpl. c. 2. cui ſententiæ adſtipulatur Avicenna l. 2. tr. c. 610. qui aſſerit in omni re ſanguinem humanum & ſuillum ſimilem eſſe.

§. XLIV.

Sarcocollæ maceratio.

PEr 24. horas in lacte muliebri maceratur ſarcocolla, poſtea ſiccatur, ſiccata ſervatur ad uſum.

©BIU Santé

§. XLV.

Scamonii correctio.

VAriis modis præparatur & corrigitur ſcammonium, horum tres præſertim ſunt inſignes. Cydoniatus, ſulphuratus & glycyrrhizatus.

Primus ita parabitur. Indatur ſcammonium pulveriſatum cydonio malo excavato, quod paſtâ obductum in furno vel cineribus ſecundum artem aſſetur, poſtea exceptum ſcammonium uſui ſervetur: hoc modo paratum vocatur Diacrydorium hoc eſt lacrymula, & corrupto vocabulo Diagridium & Diagredyatum.

Secundus ſic concinnabitur. Scammonii triti q. v. extendatur ſuper chartam bibulam, detineaturque ſupra prunas ſulphure injecto fumantes, continuo ſpatulâ agitetur & commoveatur, donec ſcammonium liqueſcere videatur; quo diutius enim ſcammonium fumo ſulphuris imbueris, eo melius præparaveris. Hoc ſcammonium ſulphuratum nominatur.

Tertius modus cum glycyrrhizæ decocto ſic conficiatur. Infundatur ampla radicis glycyrrhizæ quantitas in aqua per 24. horas, eaque infuſio novâ glycyrrhizæ additione ter repetatur, coctione leni præmiſsâ. In hoc decocto ſcammonium pulveriſatum ſordibuſque liberatum ponatur ad decoquendum; lentiſſimo tamen igne, (cavendo ne aduratur) donec extractum infundo reſideat, & exſiccetur.

Ex ſcammonio magiſterium alterum præparationis genus deſcribetur in claſſe quinta. Tamen ſcammonium juxta leges electum in pluribus compoſitionibus catharticis, correctionibus ſupra enumeratis non indiget, quandoquidem in illis plurima adhibentur correctiva.

§. XLVI.

Scillæ præparatio.

℞. SCillam recentem rejectis aridioribus tunicis exterioribus paſtâ panis involve, eamque in clibano vel in furno coque, quo uſque tenera ſit, quod feſtucâ inditâ explorare licet, exemptam in laminas diſſeca, quas filo trajice, ita ut una alteram non attingat, locoque ſicco appone, ut ſiccæ evadant.

Notandum ferreum cultrum in hoc negotio non eſſe adhibendum, ſed ligneum aut eburneum aliudve oſſeum.

§. XLVII.

Seminis contra præparatio.

IN eo conſiſtit, ut probe prius à ſordibus mundatum abſinthii ſantonici ſemen, maceretur in ſucco limonum, poſt modum liquore MB. evaporato reſervetur ad uſus.

©BIU Santé

§. XLVIII.

Spodium.

SPodium ex triplici familia veterum ac recentiorum conſenſu deſumitur.

Spodium quod minerale dicitur, noxium eſt. Pompholix enim quæ ſpodii Græcorum nomine intelligitur, internum non eſt medicamentum. Præparationem conſule pag. 34.

Spodium vegetabile non datur, cum nec Tabaxir ad nos ex India, nec cannarum quarumdam cineres ex Arabia deferantur, ex quibus tamen ſuum mendicavit ſpodium Avicenna.

Spodium tandem eſt animale, ſeu ſpodium ex ebore ſeu pſeudoſpodium, quando ſcilicet ebur crematum pro ſpodio Arabum non ita prudenter ſuccenturiatur : niſi qualitas terreſtris & adſtringens, quæ poſt calcinationem ſola remanet, deſideretur : vel Alkali fixum ſi detur, quod acidum abſorbere queat. Calcinationem vide pag. 29.

§. XLIX.

Spongiæ præparata.

IMmergatur ſpongia cerâ citrinâ liquefactâ, & prælo fortiter exprimatur ; valet ad cauteria. Interdum etiam ad alios uſus comburitur.

§. L.

Terebinthinæ præparationes.

TErebinthina Veneta ut nobis familiarior, ob ejus ſuppoſitam acrimoniam à quibuſdam aquâ convenienti lavatur, priuſquam uſurpetur : verum hac lotione ſal ejus balſamicum evaneſcit, ideoque ab hac operatione abſtinendum.

Si Terebinthina in aqua Raphani ad duritiem uſque coquatur, formabuntur pilulæ loco frigido ſervandæ.

Si tandiu coquatur, donec inſpiſſata fuerit, refrigerata reſinæ vel colophoniæ modo friabilis ſit & inſtar vitri diſſiliat, in pulverem facile reducetur, qui operationibus Chirurgicis nonnunquam inſervit.

Si ducatur in mortario, & vitelli ovi quantitas ſufficiens uſque ad Terebinthinæ diſſolutionem & partium ſeparationem addatur, tunc liquor præſcriptus poterit affundi, quæ modò dicetur Terebinthina potabilis, modò digeſtivum evadet pro vulneribus.

©BIU Santé

§. LI.

Ventriculorum Gallinarum.

PEllicul æ interiores ventriculorum gallinarum cum vino albo lotæ ſiccentur.

§. LII.

Veſicarum Aprorum.

VEſicæ à pinguedine & membranis optime mundatæ in minutiſſima fruſtula incidantur, macerenturque poſtea in vino rubro per 24. horas, abjecto vino exſiccentur.

§. LIII.

Ungulæ Alcis.

IDem ſit parandi modus cum humani cranii præparatione vel cum philoſophica Cornu-Cervi.

Sunt & alia quædam, eaque complura, quæ hic enumerari non poſſunt, & quæ pro cujuſlibet artificis arbitrio & præparantur & præparata proſtant.

Horum aliqua uſtionem requirunt, ut metalla; nonnulla aſſationem vel uſtionem exigunt, ut mineralia plæraque, alia nutritionem poſtulant: his ſola trituratio ſufficit: illis infuſio noxam adimit, eaque medicamentorum compoſitionibus idonea reddit: nec deſunt quibus depuratio per quietem ſeu reſidentiam competit.

Quivis idcirco Pharmacopœus ſuam dabit operam ut per tyrocinium, Authorum Pharmacologicorum lectionem, Doctorum Medicorum conſilium, præparationes quæ fusè non explicantur, fœliciter ad vitæ humanæ reparationem & conſervationem poſſit componere.

©BIU Santé

SECTIO SECUNDA.

Nuncupationum quarumdam abſolute ſcriptarum

EXPLANATIO,

Seu de quibuſdam nuncupationibus plura uno titulo comprehendentibus.

- Quinque Radices aperientes,
  - Majores — Apii, Aſparagi, Fœniculi, Petroſelini, Ruſci.
  - Minores — Capparis, Eryngii, Graminis, Ononidis, Rubiæ majoris.
- Duæ Radices — Fœniculi, Petroſelini.
- Quatuor herbæ emollientes — Acanthus, *ſeu* Branca urſina, Althæa, *ſeu* Biſmalva, Malva, viola ~~nigra~~. martia
- Vel — Atriplex, Mercurialis, Parietaria, Sicla, *ſeu* Beta.
- Quatuor Farinæ — Fabæ, Hordei, Orobi, ſeu ervi Camerarij Secalis.
- Herbæ quinque Capillares — Polytrichum, *ſeu* Trichomanes, Capillus veneris, Adiantum vulgare, — album, nigrum. Salvia vitæ, Aſplenium, *ſeu* Ceterach.

©BIU Santé

- Flores Cordiales
  - Frigidi, *ſeu* temperati
    - Violarum,
    - Roſarum,
    - Bugloſſi *vel* Borraginis.
  - Calidi
    - Chamæmeli,
    - Anethi, *ſeu* Liliorum,
    - Meliloti.
- Quinque Fragmenta,
  - Granati,
  - Hyacinthi,
  - Saphyri,
  - Smaragdi,
  - Sardi, *ſeu* Carneoli.
- Quatuor Semina
  - Frigida
    - majora
      - Melonum,
      - Citrulli,
      - Cucumeris,
      - Cucurbitæ.
    - minora
      - Cichorii,
      - Intibi, *ſeu* Endiviæ,
      - Lactucæ,
      - Portulacæ.
  - Calida
    - majora
      - Aniſi,
      - Carvi,
      - Cumini,
      - Fœniculi.
    - minora
      - Ameos,
      - Amomi,
      - Apii,
      - Dauci.
- Quatuor Aquæ Cordiales
  - Bugloſſi, *ſeu* Borraginis,
  - Cichorii,
  - Endiviæ,
  - Scabioſæ.
- Quatuor Aquæ Pleuriticæ
  - Cardui benedicti,
  - Cardui beatæ Mariæ,
  - Scabioſæ,
  - Taraxaci.
- Tria Olea ſtomachica
  - Abſinthii,
  - Cydoniorum,
  - Maſtiches,
- Quatuor Unguenta
  - Calida
    - Aureum,
    - Althææ,
    - Mundificativum,
    - Martiatum.
  - Frigida
    - Album,
    - Infrigidans Galeni,
    - Populeum,
    - Roſaceum.

Quatuor

Quatuor unguenta Chirurgis neceſſaria,	Baſilicum, Album Rhaſis, Apoſtolorum, Aureum,
Quatuor ſpecies Piperum,	Melanopiper, *ſeu* Piper nigrum, Macropiper, *ſeu* Piper longum, Leucopiper, ſeu Piper album, Hydropiper, *ſeu* Piper aquaticum, *ſeu* Perſicaria.
Quinque ſpecies Mirobalanorum	Bellericarum, Citrinarum, *ſeu* flavarum, Chepularum, *ſeu* Cepularum, Emblicarum, Indarum, *ſeu* nigrarum.
Tres partes balſami,	Carpobalſamum, *ſeu* fructus Balſami, Opobalſamum, *ſeu* liquor Balſami. Xylobalſamum, *ſeu* lignum Balſami.

SECTIO TERTIA.

De Succedaneis ſeu ſubſtitutis & Characteribus.

INdignus Pharmacopœo Pariſienſi ſuccedaneorum ſeu ſubſtitutorum uſus, quæ Græci ἀντιβαλλόμενα, myropolæ vulgo quid pro quo nominant, quippe qui ut Deo & hominibus faciat ſatis, ex omnibus mundi partibus, totis ſuis viribus & ſumptibus ſimplicia medicamenta quantum in ſe eſt comparare debet: quæ ſi talia non inveniantur, ea ſaltem eligantur, quæ in multis non diſcrepant ab illis modo, ſed quibus qualitates eorum augeantur, viribus enim ſpecie & genere conſentire ea debent, quæ ſubſtituuntur.

Talia ſunt in primis.

	pro quibus ſumuntur.
Acacia,	Hypociſtis,
Carpobalſamum,	Grana Juniperi vel ſem. Citri,
Cervi medulla,	Axungia Caprina,
Mumia,	Piſſaphaltum,
Nardus indica,	Santalum citrinum,
Opium, *verum habemus*	Meconium,
Opobalſamum,	Ol. Nucis moſch. vel Caryophyl.
Schœnanthum,	Juncus odoratus,
Xylo aloës,	Santalum citrinum,
Xylobalſamum.	Surculi Lentiſci, *vel* Terebint.

F

©BIU Santé

Quoad characteres Chymicos ſpectat, eorum delineatio inutilis videtur, quandoquidem in hoc opere nullius ſunt uſus; quod ſi tamen eorum aliquis ſit ſollicitus videat authores, qui tabulas ea de re excudi curaverunt.

SECTIO QUARTA.

De Menſuris & Ponderibus.

§. I.

Menſuræ.

Menſuræ quibus Pariſiis utimur variæ ſunt.

Pinta nominatur prima menſura, quæ eſt bilibris, conſtatque unciis triginta duabus liquoris.

Sextarius *vulgò chopine* eſt unciarum ſexdecim.

Hemi-ſextarius, ſeu ſemi-ſextarius, *Gallicè un demi-ſeptier* conſtat unciis octo.

Acetarium, *Gallicè un poiſſon ou poſſon*, continet uncias quatuor.

§. II.

Pondera.

Libra medica ad normam libræ civilis Pariſienſis & publicæ erit unciarum ſexdecim, cujus ſignum & character eſt. ——— ——— ℔j.

Semi-libra eſt unciarum octo. ——— ——— ——— ℔ ſ. ℥viij.

Quartarius, *Gallicè un quarteron*, continet uncias quatuor. ——— ℥iiij.

Semiquartarius, *un demi quarteron.* ——— ——— ——— ℥ij.

Uncia continet drachmas octo. ——— ——— ——— ℥j.

Drachma conſtat ſcrupulis tribus, cujus nota. ——— ʒj.

Scrupulus, pendet grana viginti quatuor. ——— ——— ℈j.

Granum unum, non eſt granum hordei modice craſſum, ſed numarium minutum aurifabrorum. ——— ——— ——— g. I.

Quæ ponderibus non præſcribuntur, diſpenſantur vel per

Manipulum, & eſt quod manu comprehenditur, ſic notatur — m.

Pugillum, quantum digitis tribus capi poteſt. ——— ——— p.

Faſciculum, hoc eſt quantum brachio plicato perſtringitur.

Vel diſtinguitur.

Per numerum, ——— ——— ——— ——— n.

Per paria, ——— ——— ——— ——— par.

©BIU Santé

Per ana, vel ſingulorum, ——— ——— ——— ā āā ana.
Per partes æquales. ——— ——— ——— part. æq.
Quantum ſufficit vel quantum volueris. ——— q. s. Q. S. q. v.
Vel ſecundum artem. ——— ——— ——— S. A.
Vel ad pondus omnium. Hoc eſt tantum ultimi præſcripti medicamenti, quantum præcedentia ſimul pendent.

Quando Medicus liquida per pintas non præſcribit ſed per libras, Pharmacopœus ut pondus obſervet, poterit pro libra uti ſemi pintâ Pariſienſi, & pro duabus libris unâ pintâ.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 62 sur 262

©BIU Santé

COLLECTANEORUM PHARMACEUTICORUM CLASSIS TERTIA.

De Medicamentis compoſitis internis.

SECTIO PRIMA.

De Aquis, Vinis medicatis, Acetis, Succis & Decoctis.

ARTICULUS PRIMUS.

AQUÆ OFFICINARUM SIMPLICES STILLATITIÆ.

Aquæ ex floribus.

AURANTIORUM, *ſeu* Naphæ,
Fabarum,
Liliorum alborum,
Liliorum convalliũ,
Nymphææ,
Papaveris erratici,
Pœoniæ,
Roſarum albarum,
Roſarum pallidarum,
Roris maialis,
Sambuci,
Tiliæ,

Aquæ ex foliis.

Acetoſæ,
Argentinæ,
Artemiſiæ,
Betonicæ,
Borraginis,
Bugloſſi,
Cardui benedicti,
Chelidonii,
Cichorii,
Cochleariæ,
Endiviæ,
Euphraſiæ,
Fœniculi,

©BIU Santé

Hyſſopi,
Lactucæ,
Meliſſæ,
Menthæ,
Oxytriphylli,
Parietariæ,
Peculi Roſarum,
Plantaginis,
Portulacæ,
Scabioſæ,
Scordii,
Scorzoneræ,
Solani,
Verbenæ,
Ulmariæ.

Aquæ ex Fructibus.

Ceraſorum nigrorum,
Fragorum,
Halicacabi,
Nucum.

Aquæ ex Radicibus.

Cæpæ,
Raphani.

Ex his & aliis Vegetabilium partibus varii ſunt deſtillationum modi, quos articulo primo & ſequentibus claſſis quintæ conſulere oportet: non enim omnes eodem modo, & iiſdem inſtrumentis deſtillandæ ſunt.

ATICULUS SECUNDUS.

DE AQUIS COMPOSITIS.

Aqna Aluminoſa Liebaldi.

Ex Codice medicamentario, ſeu Pharmacopœa Pariſienſi.

℞. Succorum depuratorum Plantaginis,
Portulaæ,
Agreſtæ,
Aluminis Rupei pulveriſati & in ſuccis ſupra dictis diſſoluti, ——— ana libram unam.
Albumina Ovorum, ——— duodecim.

Prius agitata baculo in vas vitreum conjiciantur, & Balneo mariæ deſtillentur: aqua deſtillatione elicita inſoletur.

Præſtantiſſimum eſt remedium non ſolum ad ambuſta, ſed etiam ad ulcera, & cutis vitia exſiccanda.

Aqua Anti-apoplectica.

℞. Florum Croci, ——— drachmas duas.
Primulæ veris, ——— manipulum unum.

Ponantur in matracio bene obturato ad macerandum in
Aquæ ſtillatiæ Ceraſorum nigrorum, ——— libris quatuor.
Donec novi & infra ſcripti flores erumpant: poſt modum (quantò

©BIU Santé

citiùs fieri poterit) addatur eadem quantitas ſequentium florum.

Tiliæ,
Pœoniæ,
Liliorum convallium;
Lavendulæ,
Caryophyllorum hortenſium;
Salviæ,
Betonicæ,
Roris-marini,
Majoranæ cum ſummitatibus,
Verbenæ.

Digeſtione factâ igne cinerum deſtillentur.

Similiter eodem igne deſtillabuntur ſequentia prius trita, contuſa, & macerata.

℞. Cinamomi,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Macis,
Galangæ,
Viſci quercini, ——— ana unciam unam.
Rad. Pœoniæ, ——— unciam ſemiſſem.
Caſtorei, ——— drachmas duas.
Spiritus vini, ——— libras quatuor.

Aquæ ſeorſim elicitæ confundantur, aromatibus cohobentur, & affundantur, & ab illis ſecundum artem iteratâ deſtillatione abſtrahantur, poſtea in pluribus vaſibus exactè clauſis ſerventur.

Hæc aqua confert apprime in periculoſis capitis affectibus, miræ enim virtutis eſt in confortando cerebro & memoriâ, in apoplexiâ, paralyſi, ſive intrinſecus ad cochlearia duo exhibeatur, ſive membra affecta eâ inungantur.

Aqua Anti-epileptica.

℞ Spiritus vitrioli,
Vini optimi, ——— ana uncias duodecim
Raſuræ cranii humani,
Ungulæ Alcis,
Viſci quercini circa æquinoctium vernum, collecti,
Seminis Pœoniæ, ——— ana unciam ſemiſſem.
Caſtorei,
Anacardiorum, ——— ana drachmas tres
Specierum Diambræ completæ, ——— drachmas duas

©BIU Santé

Contuſa & præparata ut decet deſtillentur igne cinerum in cucurbita, extracto liquori adde

Oleorum ſtillatitiorum Aniſi,
Succini, ——— ana ſcrupulum unum,
Tartari vitriolati, ——— ſcrupulos quatuor.

In MB per triduum circula, digere & ſerva.

Ex nomine vires deſume, & revera feliciter uſurpatur, ſi ſingulis menſibus in declivio lunæ uncia ſemis cum unciis quatuor aquæ Tiliæ vel Pœoniæ per tres dies hauriatur.

Aqua Anti-nephritica.

℞. Oſſium Nucleorum Meſpilorum,
Ceraſorum,
Perſicorum cum ſeminibus, ——— ana uncias duas.
Radicum Ononidis,
Aſparagi,
Eryngii,
Raphani, ——— ana unciam unam.
Seminum Malvæ,
Cicerum rubrorum,
Milii ſolis,
Saxifragæ,
Melonis,
Cucurbitæ,
Cucumeris,
Citrulli, ——— ana unciam ſemiſſem.
Baccarum Halicacabi,
Cynorhodonis, ——— ana uncias tres.

Contuſis omnibus & per octo dies igne arenæ maceratis in
Succi Citri depurati,
Vini albi, ——— ana libris quatuor.

Deſtillentur ad uſus.

Lapides renum & veſicæ potenter confringit, inde arenam cunctamque urinam mire expellit, nec non ſtranguriam & diſuriam ſolvit, ad unciam unam aut alteram ex arbitrio Medici in liquore convenienti ſumpta.

Aqua Hyſterica. H. A. Mynſicht.

℞. Baccarum Sambuci exſicc. ——— uncias tres.
Rad. Bryoniæ,
Dictamni albi,
Pœoniæ,
Zedoariæ, ——— ana unciam unam.
Viſci quercini, ——— drachmas ſex.

©BIU Santé

Caſſiæ ligneæ,
Myrrhæ rubræ,
Cardamomi minoris,
Croci,
Caſtorei veri, ——— ana unciam ſemiſſem.
Semin. Agni caſti,
Cumini,
Dauci,
Rutæ, ——— ana drachmas tres.
Florum pulſatillæ, ——— drachmas duas.
Inciſa & contuſa infundantur & per 14. dies macerentur in
Vini Malvatici, ——— libris ſex.
Poſtea adde
Aquarum Artemiſiæ.
Matricariæ,
Pulegii,
Meliſſæ,
Nepetæ, ——— ana libram unam.
Miſce & per MB deſtillentur.

Saluberrima hæc aqua omnes uteri ſuffocationes etiam deſperatas, vel ſaltem periculoſiſſimas, & graviſſima inde nata ſymptomata curat atque mitigat. Doſis à cochl. ii. ad iii. in ipſo paroxiſmo.

Aqua D. *de Bellegarde, ſeu A. Imperialis.*

℞. Turpethi,
Ligni Aloës,
Santali citrini, ——— ana uncias duas.
Galangæ,
Cubebarum,
Maſtiches,
Olibani,
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ, ——— ana unciam unam.
Terebinthinæ, ——— uncias duas.
Mellis Narbonenſis, ——— libras duas.
Spiritus vini, ——— libras quatuor.
Deſtillentur omnia ritè prius præparata, ut decet.

Parturientibus, colicis doloribus, nephriticis, urinæ & menſium ſuppreſſioni, ſtomachi imbecillitati auxiliatur.

Aqua Benedicta Quercetani.

℞. Croci Metallorum, ——— unciam unam.
Cinamomi, ——— unciam ſemiſſem.

Aquæ

©BIU Santé

Aquæ Cardui benedicti, ——— libras duas.
Macerentur per biduum aut triduum, dein prævià agitatione tranſcolentur.
Eaſdem vires obtinet, quas crocus metallorum: modò majori doſi exhibeatur.

Aqua Cinamomi. Ex Pharmacop. Pariſienſ.

℞ Cinamomi optimi parum triti, ——— libram ſemiſſem.
Aquæ Roſarum, vel Meliſſæ,
Vini albi generoſi, ——— ana libram unam.
Miſceantur & infundantur ſimul ſuper cineres calidos horis 24. in vaſe vitreo rite operculato, ſequenti die deſtillentur per cineres.
Aqua prius educta, ut pote validior, ſeparetur ab alia.
Parturientibus præſens eſt auxilium, palpitationibus, & ſtomachi debilitati ſuccurit.

Aqua Meliſſæ Magiſtralis.

℞ Vini albi optimi, ——— libras duas.
Aquæ vitæ, ——— libram ſemiſſem.
Foliorum Meliſſæ recentium, ——— manipulos ſex.
Corticis Citri Sicci,
Nucis moſchatæ,
Coriandri, ——— ana unciam unam.
Caryophyllorum,
Cinamomi, ——— ana unciam ſemiſſem.
Eliciatur aqua ex arte.
Morbis uterinis & cephalicis maxime convenit.

Aqua omnium florum Georg. Batei.

Fit ex ſtercore vaccino menſe majo collecto, & cum Lucœni ſeu vini albi tertiâ parte deſtillato; vel ex ſtercoris vaccini recentis, & limacum cum teſtis contuſis eadem quantitate, organis deſtillationi idoneis. Dicitur hæc aqua Arthritica, & Coſmetica.

Aqua Phagedænica. Pharm. Bruxellens.

℞ Calcis vivæ bene calcinatæ, ——— libram ſemiſſem.
Pone in paropſide vitreata, paulatim ſuperfunde.
Aquæ Pluviæ, ——— libras duas & ſemiſſem.
Spiritus vini, ——— libram ſemiſſem.
Digerantur per duos dies ſubinde agitando, deinde ſine calcem ſubſi-

©BIU Santé

dere, aqua ſupernatans decantetur in amplum vas vitreum, cui adde

Sublimati corroſivi pulveriſati, ——— drachmas duas.

Ex albo mutabitur in flavum, & ad fundum ſubſidebit.

Nec hæc aqua niſi ex præſcripto Medici paranda, cujus ex arbitrio quantitas ſublimati augeri poterit.

Aqua Quercetani.

℞. Menthæ Siccæ,
Rad. Ireos Florentinæ,
Dictamni, ——— ——— ——— ana unciam unam.
Seminum Agni caſti,
Rutæ,
Lactucæ, ——— ——— ——— ——— ana drachmas ſex.
Terebinthinæ Venetæ, ——— ——— ——— ——— uncias quatuor.
Vini albi, ——— ——— ——— ——— ——— uncias viginti.

Hæc omnia contuſa, ut decet, conjiciantur in alembicum, deſtillenturque ex arte.

Jejuno ventriculo exhibeantur duo cochlearia per aliquot dies, præmiſſa convenienti ſeu mercuriali purgatione, ad gonorrhæam fœtidam, virulentam & inveteratam, atque etiam ulcera renum.

Aqua Sperniolæ Crollii.

SPerma Ranarum ſeu ſperniola colligenda eſt menſe Martio, triduum circiter antè novi-lunium, ſic non fœtet, deſtillandaque erit *MB*.

Vel in manicâ hyppocraticâ poſitâ, in cella ſuſpenſa longo temporis intervallo diſſolvitur, liquor tranſudat, qui inſolandus eſt.

Hæc aqua abundat occulto volatili alkali, & magni eſt æſtimanda in pluribus affectibus ex peculiari acido genitis; lethalem enim hæmorragiam ex utero & aliis partibus, linteo aliquoties madefacto indita feliciter ſanat, quatenus ſanguinis aciditatem primo abſorbet, poſtea inhibet & arcet; parti podagrâ dolenti applicata dolorem mitigat, quatenus mucorem ſuperat.

Aqua Reginæ Hungariæ, ſeu Spiritus vini Anthoſatus Rondeletii.

℞. Aquæ vitæ quarto deſtillatæ, ſeu Spiritus vini optimi.
Summitatum florum Anthos,

Impleatur pars media cucurbitæ vel vitreæ, vel terreæ floribus Roriſmarini recentibus, quibus addatur Spiritus vini q. ſ. ita ut ſuperemineat duobus digitis: juncturis clauſis maceretur per duos vel tres dies, deſtillenturque poſtea igne cinerum, ad tertiæ partis Spiritus vini remanentiam.

©BIU Santé

Lypothymiâ affectos curat, ſpiritus vitales recreat, morbis uterinis, apoplecticis, epilepticis ſuccurrit, ad delendas faciei maculas & cicatrices convenit.

Aqua Stiptica Regia.

Diſſolve libras viginti quinque vitrioli in ſ. q. aquæ communis, poſt diſſolutionem per linteum trajice, poſtea parumper in cacabo bulliant, quo remoto ab igne, affunde ſextarium ſpiritus aceti optimi, ut pars terreſtris aceti (falſo ſulphur nuncupata) præcipitetur, quæ ubi ad fundum vaſis præcipitata fuerit, & poſtquam per duodecim horas quieverit, aquam per inclinationem effunde. Materiæ multoties lotæ, & ſuper cineres exſiccatæ uncias octo in retorta vitrea pone, & affunde Spiritus vitrioli optime dephlegmati vel depurati eamdem quantitatem, poſt deſtilla gradatim igne cinerum, donec effluant ſpiritus : refrigeratis & delutatis vaſibus, materiam ſuperſtitem pulveriſa & repone in matracio, cui iterum affunde Spiritum vini cum ſale tartari rectificatum, ita ut ſuperemineat ſex digitis, & cooperiatur alembico cœco dicto : juncturis exactiſſimè clauſis, digere per 24 horas, & poſtquam Spiritus vini rubrum colorem attigerit, calidè filtra per chartam emporeticam; poſt lentam evaporationem remanebit in fundo vaſis pulvis albicans : cui unciæ uni miſce uncias quatuor aquæ pluviæ puræ per paucos dies ſoli expoſita pluries agitata & filtrata, aqua Stiptica evadet, ad omne genus fluxus ſanguinis feliciter adhibenda.

Aqua Theriacalis, Crollii aucta.

℞. Theriaces Andromachi, ——— uncias quinque.
Myrrhæ rubræ, ——— uncias duas.
Camphoræ, ——— drachmas ſex.

Mixtis ſuperfunde
Spiritus vini rectificati, ——— libras duas.

Ita ut per MB diſſolvi queant, poſtea adde
Corticis Citri ſicci,
Aurantiorum, ——— ana unciam ſemiſſem.
Foliorum Rutæ,
Meliſſæ,
Scordii, ——— ana manipulum unum.
Dictamni Cretici,
Cinamomi,
Angelicæ,
Imperatoriæ,
Contrayervæ,
Baccarum Lauri;

©BIU Santé

Croci, ——— ana unciam ſemiſſem.
Succorum Rutæ,
Citri, ——— ana libram unam.

Ponantur in alembico vitreo, macerenturque per diem integrum ſuper cineres calidos, die ſequenti fiat deſtillatio igne cinerum.

Qualitatem omnem venenatam & peſtilentem oppugnat & extinguit: ſyncope & omni animi deliquio, ſicut vertigini, lethargo, epilepſiæ, apoplexiæ & paralyſi, tam interius ad unciam unam exhibita, quam exterius ſuperimpoſita proficit.

Aqua è Typhis Cervinis Schroderi.

℞. Cornua Cervi novella ſanguine adhuc ſucculenta, in fruſtula concide, deſtillaque MB: vel per ſe, vel cum pauco vino generoſo, donec omnis liquor extillarit.

Utiliſſime parturientibus, ſicut & febre malignâ & putridâ laborantibus uſurpatur ad unum aut alterum cochleare cum aqua convenienti vel juſculo.

Materia poſt deſtillationem remanens, quia omni ſuo ſale volatili non eſt orbata, ad alios uſus maxime in lumbricis infantium quamplurimum prodeſt.

Aqua vulneraria.

℞. Foliorum Salviæ,
Artemiſiæ,
Conſolidæ utriuſque, ——— ana manipulos quatuor.
Nicotianæ,
Buguli,
Centaurei min.
Betonicæ,
Morſus Diaboli,
Momordicæ,
Saniculæ,
Plantaginis utriuſque,
Agrimonii,
Verbenæ,
Filicis,
Abſinthii,
Fœniculi, ——— ana manipulos duos.
Hyperici,
Telephii, ——— ana manipulum unum.
Radicum Ariſtolochiæ utriuſque, unciam unam.

Contuſæ & contritæ herbæ & radices, per 24. horas macerentur

©BIU Santé

cum vini albi q. ſ. igne cinerum deſtillentur. Sal lege artis præparatum poterit admiſceri.

Vulneribus & ulceribus medetur, unde A. *d'Arquebuſade* nominatur.

Aqua Ophthalmica, ſeu Collyrium.

℞ Vini Hiſpanici veri, ——— libras quatuor.
Aquarum MB ſtillatitiarum Roſarum, ——— libras duas.
Chelidonii.
Fœniculi,
Euphraſiæ,
Rutæ, ——— ana uncias quatuor.
Tuthiæ præparatæ, ——— uncias tres.
Caryophyllorum, ——— uncias duas.
Sacchari Candi, ——— unciam unam.
Aloës Succotrinæ,
Macis, ——— ana unciam ſemiſſem.
Camphoræ, ——— ſcrupulos quatuor.

Inſolentur per menſem unum aut alterum, bis in die agitentur, poſtea in vaſe vitreo bene operculato ſerventur ad uſum: cujus guttæ aliquot cum triplici quantitate aquæ Roſarum, in ſæpius de inſtillentur, pro ulceribus debilitate & aliis oculorum morbis.

ARTICULUS TERTIUS.

DE VINIS MEDICATIS.

Vinum Abſinthites.

℞ Abſinthii majoris veri quodammodo exſiccati, q. v. injice in dolium idoneum, ita ut ipſius quarta pars abſinthio ſit impleta. Superfunde muſtum recens, ferveantque unâ per aliquot dies novum muſtum ſubinde affundendo, quo vas maneat ſemper repletum, ita ut vinum ſuis fæcibus exquiſitius repurgetur: ebullitione peractâ dolium diligenter obturetur liquorque uſui ſervetur.

Menſes movet, ventriculum confortat, appetitum excitat.

Eodem quoque modo paratur vinum { de Euphraſia, de Halicacabo, de Salvia, &c.

Quæ tamen parata habere vel non penes Pharmacopœos eſto.

©BIU Santé

Vinum Hyppocraticum.

℞. Vini albi vel rubri optimi, ——— q. v. vel libras duas.
Aquæ vitæ, ——— ——— ——— uncias duas.
Cinamomi,
Zingiberis,
Piperis longi,
Galangæ, ——— ——— ana grana duodecim.
Sacchari vel Caſſonadæ albiſſimæ, ——— uncias duodecim.

Macerentur per duodecim horas, trajicianturque per manicam hyppocratis dictam, uſque dum vinum clarum emergat.

Alii aliter præparant:

Stomachum recreat ac reficit, digeſtionem concoctionemque juvat.

Vinum Emeticum Pharm. Pariſienſis.

℞. Stibii per detonationem ex nitro præparati, unciam unam.
Infunde per plures dies agitando ſæpius cum
Vini albi optimi, ——— ——— libris duabus.

Servetur ad uſum;

Hujus vires nomini reſpondent: inſigne enim eſt purgans humorum bilioſorum, quos ejicit per vomitum & ſeceſſum, apoplecticis ad uncias quatuor exhibetur; tum per ſe, tum cum cathartico convenienti.

ARTICULUS QUARTUS.

De Acetis medicatis, Ex Schrodero.

Variæ ſunt ſpecies Acetorum, quæ in uſum medicum veniunt; vel enim ſunt mera aceta, vel quorumdam medicamentorum qualitatibus ſunt imbuta.

Mera aceta fiunt ex vino, Cereviſia, ſucco pomorum, pyrorum & ſimilibus: ea tamen quæ fiunt ex vino cunctis præferenda, proindeque quando ſimpliciter præſcribitur acetum, ſemper vini acetum uſurpandum eſt.

Acetis ſubjungi poſſunt Oxycratum & Oxyrrhodinum. Oxycratum ſeu Poſca conſtat parte una aceti & ſex aquæ. Oxyrrhodinum paratur ex parte aceti roſati, & tribus partibus Olei roſati.

Aceta vegetabilium ex aceto vini optimo infundendo & inſolando hac infra ſcriptâ methodo componantur.

©BIU Santé

Acetum Roſaceum.

℞. Florum Roſarum rubrarum mundatarum aliquantulum exſiccatorum, ——— ——— unciam ſemiſſem.
Aceti vini optimi, ——— ——— libras quatuor.
Ponantur in vaſe vitreo ſtricti orificii & optime clauſo, inſolentur per menſem, fiat colatura ex arbitrio.

Roſæ pallidæ in obſoniis erunt præferendæ.

Ea lege parabuntur aceta tum ad medicamenta, tum ad condimenta florum vel fol. { Aurantiorum, Sambuci, Caryophyllorum, Rutæ, & ſimilium.

Acetum Scilliticum Meſues.

℞. Scillæ laminas inter corticem & cor medias filo conſutas, tanto intervallo ne ſe contingant, modice ſiccabis in umbra: poſtea concisam cultello ligneo libram unam æſtivis caloribus inſolabis, in aceti vini albi optimi libris octo, in vaſe ſtricti orificii bene obturato, poſtea colabis, acetumque à fæcibus reſidendo repurgatum in lagenis diligenter occluſis ſervabis.

Acetum Scilliticum veterum & recentium conſenſu & experientia eſt efficaciſſimum ad cerebri affectus frigidos & curatu contumaces, epilepſiam, vertiginem: gingivas laxas & putres ſanat, dentes obfirmat, humores craſſos attenuat, lentos incidit, fluxiles promptoſque ad evacuationem reddit & expellit.

Acetum Theriacale ex ſpeciebus, quibus Aqua Theriacalis ſupra laudata conflatur: urgente ſcilicet neceſſitate, (quam Deus avertat) mutato menſtruo, debitâ maceratione vel inſolatione parabitur.

ARTICULUS QUINTUS.

DE DECOCTIS.

Ptiſana communis.

℞. Hordei integri leviter linteo duriore confricati & loti, unc. quatuor.
Graminis contuſi, ——— ——— drachmas duas.
Coquantur in aquæ q. ſ. addendo ſub finem
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ, ——— ——— q. ſ.
Ad gratum ſaporem, colatura ſervetur ad uſum.

Decoctio Medicinæ communis.

℞. Hordei à ſordibus mundati & loti, ——— pugillum unum.
Paſſularum mundatarum,

©BIU Santé

Glycyrrhizæ raſæ, ——— ——— ana unciam ſemiſſem
Seminis Aniſi, ——— ——— drachmas duas
Coque ex arte in aquæ fontanæ q. ſ. colaturam ſerva ad uſum.

Decoctio Pectoralis.

℞. Hordei à cortice exteriore mundati, — partem unam.
Jujubarum,
Sebeſten,
Dactylorum, ——— ——— — ana partes tres.
Glycyrrhizæ,
Paſſularum ab acinis mundatarum, ——— ana unciam ſemiſſem.
Bulliant in aquæ ſufficienti quantitate ad medias, colatura ſervetur.

Decoctio communis Clyſteris. Lugd.

℞. Foliorum Betæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Parietariæ,
Altheæ,
Violarum, ——— ——— ana manipulum unum.
Seminum Aniſi,
Fœniculi, ——— ——— ana drachmas duas.
Coque in ſ. q. Aquæ colaturam ſerva.

Decoctio Carminativa. Lugd.

℞. Seminum Fœniculi,
Lini,
Aniſi, ——— ——— ——— ana drachmas tres.
Florum Chamæmeli,
Meliloti, ——— ——— ana pugillos tres.
Coquantur in ſ. q. Aquæ ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſum colatum ſervetur.

Decoctio Adſtringens.

℞. Hordei integri, ——— ——— pugillum unum.
Foliorum Tapſi barbati,
Plantaginis,
Burſæ paſtoris,
Centumnodiæ, ——— — ana manipulum unum.
Florum Roſarum rubrarum, ——— manipulum ſemiſſem.
Furfuris macri, ——— ——— manipulum unum.
Coque in ſ. q. Aquæ puræ, & ſerva.

Potio

©BIU Santé

Potio Purgans non inſuavis.

℞ Foliorum Sennæ è ſtipitibus mundatorum, — unciam unam.
Paſſularum Damaſcenarum ab acinis mundatarum, uncias duas.

Contunde omnia ſimul in mortario marmoreo, ut fiat paſta. Cujus accipe drachmas ſex vel quod volueris & affunde aquæ ferventis uncias duodecim, cochleari miſce, & vaſe clauſo macerentur per ſex horas, poſtea liquor per inclinationem effundatur, vel coletur ſine expreſſione, qui ovi albumine clarificetur cum unciis quatuor mannæ albiſſ. vel quod v. fiat potio, aquâ cinamomi vel naphæ, ſeu ſucco mali citri vel Aurantiorum aromatizanda.

Poſſunt & alia purgantia addi ut Mechoacanna Jalapium ad drachmam unam in quibus vis purgans augetur: quæ quidem ſaporem non habent ingratum.

ARTICULUS SEXTUS.

DE SUCCIS LIQUIDIS, SUCCIS INSPISSATIS, & Gelatinis.

Succi liquidi.

SUccus Agreſtæ, S. Omphacii,
Aurantiorum,
Ceraſorum,
Citri,
Cydoniorum,
Granatorum,
Sucus Limonum,
Oxyacanthæ, S. Berberum,
Olei,
Ribeſiorum,
Roſarum pallidarum,
rubrarum,
Vini,
Vitis, *ſeu* Lacryma.

Horum plures pro neceſſitate per annum aſſervantur, in vaſibus vitreis obturatis, prius oleo amygdalino repletis vel ellychnio ſulphurato ad orificium vaſis appoſito, inſtar vini Rhenani: horum quidam inſolatione fermentati vini nomine inſigniuntur, & rariſſimè uſurpantur, ut vinum Granatum: eorum alii evaporatione inſpiſſati, Extracta, Rob & Sapa nominantur: de quibus infra. Reliquos ſuccos condenſatos, ut ſunt Acaciæ Hypociſtidos Liquiritiæ,& S. ſtudio hic omiſimus, eò quod à Pharmacopœis Pariſienſibus non præparentur, ſed ab Emporeis habeantur.

DE SUCCIS INSPISSATIS, ſeu de Sapis, ſeu Rob.

Rob vel Sapa ſimplex.

℞ Vini recenter ex Uvis albis vel rubris generoſis & maturis expreſſi, quantum volueris, coquatur lento igne, donec mellis inſtar craſſeſcat, & pars una tantum de tribus ſuperſit.

H

©BIU Santé

Rob Cydoniorum.

℞. Succi Cydoniorum colati & depurati, —— libras duas.
Sacchari albiſſimi, —— ———— libram unam.

Coquantur in vaſe fictili igne lento, donec in gelatinæ conſiſtentiam concreſcant.

Quando vero ſuccus Cydoniorum ad mellis conſiſtentiam per ſe inſpiſſatur, tunc Syrupus Imperatoris dicitur.

Eamdem Gelatinæ ſpeciem ſeu Rob ex fructibus quibuſcunque, vel cum, vel ſine ſaccharo hac ratione, comparare tibi facile erit; ſcilicet

Agreſtæ,
Berberum,
Ceraſorum, & S.

DE GELATINIS.

Gelatina Cornu Cervi.

℞. Raſuræ Cornu Cervi, ——— ——— libram unam.
Coquatur in vaſe fictili in aquæ libris octo vel q. ſ. ad conſumptionem mediæ partis. Colaturâ expreſsâ clarificetur cum ovorum albuminibus, ſacchari libra una, vini albi generoſi unciis octo, ſucco unius Citri, & cinamomi craſſiuſculé contriti drachma unâ, trajiciatur per manicam, fiat poſtea gelatina.

Gelatina Carnium.

SUme Caponem aut gallinam, & partem unam cruris vituli, *Gallicè une roüelle de veau*, pones in vaſe terreo plumbato ad decoquendum cum quatuordecim aut octodecim libris aquæ, dum ad mediam partem reducantur, & caro ab oſſibus ſeparetur: tum jus omne per rudiorem telam tranſmittes, quod poſtquam tantiſper quieverit, rudiculâ & afflatu ſpumam & adipem ſupernatantem quantum fieri poterit eximes & ejicies, poſtea cum quatuor albuminibus ovorum, & duabus libris vini albi quam maxime agitabis, in qua omnia ſimul cum ebullire incipient, tres libras ſacchari albi cum ſemi-uncia cinamomi utcunque contriti, & croci ad piſi exigui quantitatem, (ſi placuerit) conjicies: quo tempore clarificatio peracta fuerit, & ſtatim per manicam trajiciendam traſmittes gelatinam, in vaſa ad id parata, quæ ad ſummum adimplebis, quia jus illud dum priſtino frigori reſtituitur, imminuitur aliquantulum. Notandum tamen quod ſtatim atque clarificatum eſt jus, non amplius ignem requiri, niſi ut calor dum tranſcolatur, non imminuatur: qui quidem ignis coctionis tempore debet eſſe perſpicue lucens.

©BIU Santé

SECTIO SECUNDA.

De Condituris ſeu Conſervis, Saccharatis; & Mellitis compoſitionibus.

ARTICULUS PRIMUS.

De Conſervis & Saccharatis.

Conſerva flor. Aurantiorum,
Betonicæ,
Borraginis,
Bugloſſi,
Calendulæ,
Caryophyllorum,
Liliorum convallium,
Nymphęæ,
Papaveris rubri,
Pedis Cati,
Pœoniæ,
Perſicorum,
Roſarum.
Roris marini,
Salviæ,
Tuſſilaginis,
Violarum.
Conſerva herbar. Abſinthii,
Apii,
Conſerva fructus Cynorrhodonis,
Conſerva Rad. Althęæ,
Eryngii,
Satyrii,
Symphyti.

Ex his omnibus ſupradictis, & aliis fiunt conſervæ tum molles, tum ſiccæ cum duplici quantitate Sacchari albiſſimi, modò pulveriſati, modo ad conſiſtentiam debitam cocti. Notandum tamen non omnia ſimiliter miſceri. Quædam enim priùs incidi volunt, contundi, leviter coqui, & per ſetaceum trajici: quædam vero nec incidi, nec contundi, nec coqui: quædam ſola maceratione. Quâ in re facilè quivis artifex hac ſolâ præmonitione errorem omnem vitabit; vel poterit adire Bellarios, apud quos ſaccharata inveniuntur, & apud quos etiam mos

H ij

©BIU Santé

eſt fructus nonnullos (ut cucumerum) muriâ conditos, aſſervare.

Conſerva Roſarum rubrarum mollis ſeu liquida.

℞ Florum Roſarum rubrarum nondum perfectè explicatarum & exungulatarum, ——— ——— ——— uncias quatuor.

MB calore adeo macerentur, ut omnino contabeſcant, conterantur poſtea in mortario marmoreo piſtillo ligneo uſque ad putrilaginem, quibus affunde Syrupi ex tinctura Roſarum ſine acidis parati calentis, & ad conſiſtentiam ſolidiorem cocti, ——— uncias octo.

Miſceantur exactè, & inſolentur uſque dum pars ſuperior in cruſtam abeat.

Conſerva Roſarum rubrarum ſicca.

℞. Sacchari albiſſimi, ——— ——— libram unam.
Aquæ Roſarum fragrantis, ——— ——— unciam ſemiſſem.

Coquantur ad ſolidam conſiſtentiam : deinde ab igne ſepoſitis immiſce.

Florum Roſarum rubrarum ab unguibus mundatarum & tenuiſſime pulveratarum, ——— ——— unciam unam.

Fiant tabellæ in morſellis vel rotulis, oblongis.

Solent aliqui pulveri Roſarum ad coloris gratiam conciliandam, addere vel ſpiritum vitrioli aut ſulphuris, ſuccum Limonum, vel Omphacii; ſed perperam, in pharmacopoliis enim parata ſervari debent pura & ſincera, non adulterata.

Conſerva Roſarum cephalica & cardiaca eſt, caput enim, ut & reliqua viſcera roborat, ipſorumque æſtum mitigat, & fluxiones ſiſtit.

Saccharum Roſatum Tabellatum.

℞ Sacchari albiſſimi, ——— ——— ——— libram unam.
Aquæ Roſarum exquiſitæ, ——— ——— libram ſemiſſem.

Coquantur ad conſiſtentiam, quæ vulgo *à ſouffle* nominatur, & poſt debitam coctionem effundantur ſupra marmor.

Interdum peractâ illa coctione in pulverem ſubtiliorem reduci poteſt, in gratiam eorum, quibus lac medetur.

Manus Chriſti perlata, ſeu Diamargaritum ſimplex.

Cuique libræ ſacchari ad conſiſtentiam cocti adde
Margaritarum præparatarum, ——— ——— unciam ſemiſſem.

Projiciantur ſupra marmor, & formentur Tabellæ.

©BIU Santé

Viribus dejectis, febribus ardentibus & deliriis medetur.

Tabellæ Alexiteriæ.

℞. Specierum completarum Diarhodonis, —— drachmas duas.
Diamargariti frigidi,
Conf. de Hyacintho, ana drac. unam.
Aquarum Naphæ,
Roſarum, —— —— ana uncias quatuor.
Sacchari albiſſimi, —— —— —— uncias octo.
Coque & fac Tabellas vel morſellos.

Inſitum calorem ſenibus, imbecillis ac frigidis naturis ſuſcitant, ſpiritus vitales recreant.

Tabellæ de Althæa. Ph. Amſtelr.

℞. Pulpæ radicum Althææ in lacte dulci ad mollitiem coctarum, —— —— —— — uncias quatuor.
Sacchari albiſſimi aqua Roſarum ſoluti & cocti, libram unam.
Fiant tabellæ.

Tuſſim ſedant, faucium aſperitatem leniunt.

Tabellæ de Chalybe.

℞. Croci martis ex ſulphure ſoluti, & ſuper porphyritem lapidem in alkool redacti, —— —— unciam ſemiſſem.
Cinamomi pulveriſati, —— —— drachmas duas.
Sacchari aquâ Artemiſiæ ſoluti & cocti, — — uncias ſex.
Fiant morſelli.

Uteri affectibus ſummopere proſunt, hujus enim immunditiam expurgant, menſes moram trahentes ejiciunt.

Saccharum Penidium.

Paratur ex Saccharo ad lentum ignem in aqua hordei excorticati ſoluto, & albuminibus ovorum diligenter concuſſis ſemel atque iterum inter bulliendum depurato. Mox per pannum colatur, rurſumque igni admotum lentè bullire ſinitur, donec in magnas attollatur bullas, factoque ex arte periculo baculo in aquam frigidam immerſo, vel dentibus maſticatum non adhæreat. Dein in tabulam marmoream oleo amygdalino inunctam (ſubſidentibus priùs extra ignem bullis) effunditur, ubi promanantes ejus extremitates toties verſus medium reaguntur, donec reſinæ laricea inſtar lenteſcat. Tum demum alicubi ad uncum ſuſpenditur, celeriterque manibus amylo conſperſis in fila tenuiora, craſſiora, breviora, aut longiora diu diſtrahitur, diſtractumque pro libitu (ut indureſcat) tabulæ ad id paratæ, imponitur.

H iij

©BIU Santé

Omnibus pectoris, & pulmonum morbis utiliſſimum.

Si Saccharum ad penidiorum conſiſtentiam coctum manibus non tractetur, & guttis aliquot tincturæ croci irroretur, ſaccharum hordeatum nominetur.

Notabis quod in compoſitionibus quas clarificare convenit, loco ſacchari Caſſonadâ uti poteris, modo ſit alba & ſincera, quam unà cum decocto clarificabis : clarificatur autem cum ovi albumine vel pluribus habitâ ratione liquoris clarificandi, hinc & inde agitatis, donec totum in ſpumam abeat, ut retiformi ſuâ ſubſtantiâ irretiat particulas craſſiores, deinde cum aquæ fontanæ vel alterius ſatis amplâ quantitate, vel cum decocto convenienti ad ſcopum, coctioni committitur ad debitam uſque, vel Syrupi vel Electuarii conſiſtentiam.

Præſtantiſſimum illud eſt ſaccharum, quod durum ſolidum & mutuo metarum alliſu ſonorum, leve, dulciſſimum, candidiſſimum, & nivis more ſcintillans atque cohærens, quale Parmenſe eſt, quod minimum continet ſpumæ atque recrementi, in metas pyramidum æmulas coactum.

Apage ſomniantes illos, qui ſaccharum ob ejus calorem metuentes, ſalis ita neceſſarii uſum proſcribunt : verum enimvero an ignorant, quod Prothæi inſtar innumeras induat formas & virtutes? Purgat enim cum Roſis pallidis, adſtringit cum rubris, refrigerat cum floribus Nymphęæ aut Violarum, ſomnum conciliat cum Papavere albo, inſtaurat vires cum ſpeciebus aromaticis, vulnera conſolidat, ſolvitur in embammatis, cogitur in orbiculas, digeritur in panes, pinſitur in placentas, tornatur in cruſtula, fingitur in caſtella, in aviculas, & in omnium rerum ſimulachra, coquitur, aſpergitur, duratur, incruſtatur, uno verbo artiſtæ operâ in gratiam delicatiorum & infirmorum, maximâ cum voluptate & utilitate, modis omnibus inſervit.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE MELLITIS COMPOSITIONIBUS.

Mellis Deſpumatio.

℞. Mellis optimi odori ſcilicet flavi coloris, acerrimi dulciſſimique & inter craſſiſſimum atque tenuiſſimum mediocris, quodque ſpumæ parum egerit; quantum volueris : vel per ſe, vel cum aquæ fontanæ pauciſſimâ humiditate diſſolvatur ; ſpuma ſupernatans cochleari deradendo auferatur. Hac autem præparatione ſpiritus animales & vegetales, qui in melle continentur, conſervantur, qui longâ ebullitione & coctura diſſipantur.

©BIU Santé

Hydromel ſimplex & Vinoſum.

MEllis libra una cum aquæ fontis libris octo tandiu decoquatur, (deſpumando ſcilicet) donec ovum recens impoſitum ſupernatare queat : ſi inſoletur, vel in hypocauſto ſpatio unius menſis apponatur vinoſum evadet , & dicetur.

Oxymel ſimplex & Scilliticum.

℞. Mellis deſpumati, & ad craſſam conſiſtentiam debite cocti, — q. v.
Diſſolvatur ſuper cineres calidos in vaſe fictili,
Aceti vini albi optimi, vel ſtillaritii, vel ſcillitici, ——— q. S.

Ut agitando ſine coctione redigatur in conſiſtentiam ſyrupi liquidiuſculi.

De viribus oxymelitis ſcillitici ad acetum remittimus : nobis in difficili reſpiratione inprimis uſui eſſe ſolet, aſthmaticis ut plurimum confert.

Mel Anthoſatum.

℞. Florum Roris-marini, ——— ——— libram unam.
Mellis boni, ——— — ——— ——— libras tres.

Miſce in olla vitrea aut vitreata, oris non valde patuli : inſola, & ſerva ad futuros uſus, poſt colaturam & coctionem debitam.

Colicos & uterinos dolores mitigat , ob id additur enematis , crudam enim in inteſtinis, ac circa meſenterium pituitam concoquit.

Mel Cucumerinum.

℞. Fructuum Cucumerum agreſtium maturorum per taleolas ſectorum ; ——— ——— ——— libram unam.
Mellis optimi, ——— ——— — libras tres.

Procedatur ut ſupra.

Violenter purgat, menſes movet, & ſecundinas expellit.

Mel Mercuriale.

℞. Succi deſpumati mercurialis,
Mellis optimi, ——— ——— ——— ana libras quatuor.

Miſceantur, elixentur , deſpumentur, & veluti in concretionem reducantur.

Pro clyſteribus frequens eſt uſus, alvum leniter ſubducit, bilioſos & aqueos humores evacuat , uterum quoque ab impuritatibus vendicat.

©BIU Santé

Mel Nenupharinum.

℞. Florum Nymphęæ recentium, —— —— libram unam.
Mellis optimi mediæ ætatis, —— —— libras quatuor.
Miſce & reconde in vaſe fictili oris anguſti, inſola & ſerva, uſus tempore percola, & coque, ſi nimis dilutum.

Inſigniter refrigerat, viſcerum æſtus mitigat, veneris motus cohibet.

Mel Roſatum colatum.

℞. Florum Roſarum rubrarum recentium mundatarum, libr. unam.
Mellis nimis nec recentis nec veteris, —— —— libras duas.
Macerentur per unum aut alterum menſem, quo elapſo infundantur in ſ. q. aquæ fontanæ puræ ac calentis per 24. horas, poſtea cum albumine ovi leni ebullitione factâ per pannum colentur & clarificentur, deinde percoquantur ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris.

Ventriculum roborat, detergit, putredini oris, gingivarum, tonſillarumque inflammationibus adverſatur; ulcera & vulnera placat & mundificat, humores crudos in inteſtinis contentos concoquit.

Mel Violatum.

EOdem parabitur modo quo Nenupharinum, eoque utimur in clyſteribus ad leniendam, ſubducendam & alterandam alvum, maxime acute febricitantibus.

Vel ℞. Florum violarum recentium integrorum, —— libram unam.
Macera 24. horarum ſpatio in aquæ calentis, — libris quatuor vel q. S.
Cola exprimendo, deinde adde æqualem florum quantitatem & macera: expreſſo adde
Mellis optimi recentis, —— —— libras quatuor.
Simul coquantur deſpumando, & donec ſyrupi craſſitudinem acquiſierint.

SECTIO

©BIU Santé

SECTIO TERTIA.

De Syrupis.

ARTICULUS PRIMUS.

De Syrupis è Succis fructuum.

℞. Succi Agreſtæ, *ſeu* Omphacii per ſubſidentiam vel inſolationem deputati, ſemiſextarium, ſeu ——— — uncias octo.
Sacchari albiſſimi pulveriſati, — — uncias ſexdecim.
Miſceantur exactè in vaſe fictili, lentiſſimo igne, vel MB coquantur ad Sacchari uſque diſſolutionem perfectam, & conſiſtentiam debitam.

Eadem lege parabuntur ſyrupi
Berberum,
Ceraſorum,
Citri,
Cydoniorum,
Granatorum,
Limonum,
Mororum,
Ribeſiorum, & ſimilium.

Defectu Mariæ balnei vaſa conficiendis ſyrupis acidis convenientia ſint figulina, vitreata, lapidea: nuſquam ænea vel cuprea.

Syrupus Agreſtæ ventriculum roborat, choleræ morbo medetur, intemperiem calidam ventriculi, febres bilioſas & ſitim extinguit, venenis reſiſtit.

Syrupus Berberum refrigerat & modice attenuat, febribus malignis confert, immoderatam ſitim compeſcit, adverſus bilioſa ventris profluvia eſt ſalutaris.

Syrupus Ceraſorum, ſitim pariter extinguit, appetitum inſtaurat, bilis ferociam domat.

Syrupus Citri refrigerat, internis incendiis ſummopere conducit: putredinem arcet, lumbricos enecat, cor & ſtomachum reficit. Hujus vires conveniunt cum ſyrupis de limonibus, de corticibus Citri: dicitur etiam ſyrupus de acetoſitate citri; idcirco cum apud nos in eadem quantitate & pretio habeantur, in officinis prædictus ſyrupus citri ſolus parabitur.

Syrupus Cydoniorum languidas ventriculi vires recreat, nutritionis inſtrumenta roborat, coctricem facultatem juvat, nauſeam & vomitum ſiſtit.

©BIU Santé

Syrupus Granatorum refrigerat & humectat, nauſeam & vomitum bilioſum reprimit, atque in febribus bilioſis & malignis plurimum auxilii affert.

Syrupus Mororum ſive per ſe in cochleari, ſive cum aliquo liquore optime convenit omnibus morbis oris, dentium, gingivarum, gutturis & vulvæ.

Syrupus Ribeſiorum incendio febrili ſalutaris exiſtit, ſitim ſedat & acidi ſui jucunditate viſcera recreat.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Syrupis e ſuccis Plantarum.

PLures ſiunt ſyrupi cum ſucci depurati & ſacchari æquali proportione, ſive ex herbis, ſive ex radicibus: Qui quidem qualitates, & virtutes poſſident, quas trahunt ex iiſdem vegetabilibus ex quibus eruuntur & componuntur. Uſuales ſunt

Caulium rubrarum,
Fumariæ,
Millefolii,
Napi,
Nicotianæ,
Portulacæ, & ſimilium.

ARTICULUS TERTIUS.

DE SYRUPIS ALTERANTIBUS.

Syrupus de Abſinthio Meſuë.

℞. Abſinthii vulgaris, — — — libram ſemiſſem.
Roſarum rubrarum, — — — uncias duas.
Nard. Ind. *ſeu* Cinamomi, — — drachmas tres.
Vini albi optimi,
Succi Cydoniorum, — — ana libras duas & ſemiſſem.

Macerentur ſimul horis 24. ſuper cineres calidos, deinde coquantur ad medias, colatura clarificetur cum

Caſſonadæ albiſſimæ, — — — libris duabus.

Coquatur in ſyrupum.

Ventriculum, jecur, & alia nutritionis inſtrumenta roborat, appetitum excitat, datur in albo & pituitoſo menſium fluore.

©BIU Santé

Syrupus Acetoſus ſimplex ſeu Acetatus.

℞. Sacchari ad conſiſtentiam tabulati cocti q. v. *ſeu* — libras duas, Ab igne removeantur: addatur & miſceatur ſecundum artem prout major aut minor aciditas deſideratur.

Aceti vini albi acerrimi, vel ſtillatitii, — — q. ſ. ut ſine ebullitione, aut coctione fiat ſyrupus.

Bilioſis magis quam atrabilariis convenit, pituitam incidit, obſtructa aperit, movet urinam, peſtiferæ putredini obſiſtit.

Syrupus de Althæa, ſeu de Ibiſco. Pharm. Pariſ.

℞. Radicum Althææ, — — — uncias duas.
Raphani domeſtici,
Sylveſtris,
Fœniculi,
Aſparagi,
Petroſelini,
Eryngii,
Bardanæ,
Contuſarum & repurgatarum à meditullio,
Cicerum rubrorum, — — ana unciam unam.
Saxifragæ totius,
Folior. Betonicæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Helxines,
Summ. Althææ, — — — ana manipulum unum.
Fruct. Halicacabi, — — — — n. triginta.
Sem. Urticæ,
Melonum,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Lithoſpermi. — ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ, — — unciam unam.

Coquantur in libris decem aquæ puriſſimæ, dum ſex aut ſeptem ſuperſint, quibus permiſce,

Sacchari optimi vel Caſſonadæ albiſſimæ, — libras quinque.

Clarifica, & coque dum juſta ſit Syrupi conſiſtentia.

Ardorem urinæ demulcet, ac citra manifeſtum calorem craſſam obſtruentemque pituitam, nec non viſcidam purulentamque renum saniem, & arenulas blande expurgat.

©BIU Santé

Vices ſuplebit ſyruporum de Radicibus, & de Raphano fernelii.

Syrupus Artemiſiæ fernelii.

℞. Artemiſiæ, ——— ——— ——— manipulum unum.
Radicum Iridis noſtratis,
Helenii,
Rubiæ,
Pœoniæ,
Libiſtici,
Fœniculi, ——— ——— — ana drachmas duas.
Herbarũ Pulegii,
Origani,
Calaminthæ,
Nepetæ,
Meliſſophylli,
Sabinæ,
Sampſuchi,
Hyſſopi,
Praſſii albi,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Hyperici,
Parthenii,
Betonicæ, ——— ——— ana manipulum ſemiſſem.
Semin. Aniſi,
Petroſelini,
Fœniculi,
Ocimi,
Dauci cretici,
Rutæ,
Nigellæ, ——— ana drachmam unam & ſemiſſem.
Contuſa macerentur horis 24. in hydromelitis, — — libris quatuor.
Coquantur ad libras duas ſemiſ. & cum
Caſſonadæ albiſſimæ, —— ——— libris duabus ſemiſ.
Clarificentur & percoquantur in ſyrupum conditum
Cinamomi, ——— — — —— ——— uncia ſemiſſ.
Spicæ nardi, ſeu ſantali citrini, — — drachma una & ſemiſſ.
Suppreſſos aut parcius fluentes menſes potenter movet, uteri ſtrangulatus & ſubverſiones ſedat.

©BIU Santé

Syrupus Antihecticus, ſeu de Teſtudinibus Lazari Riverii Med. Reg.

℞. Teſtudinum nemoralium aut fluviatilium in fruſta diſſectarum, —— —— —— —— libras duas.
Cancrorum fluviatilium vivorum & confractorum, lib. unam & ſ.
Limacum vino lotorum & per medium ſectorum, manip. duos.
Seminum Melonis,
Cucumeris,
Citrulli,
Cucurbitæ, —— —— ana unciam unam.
Succorum Veronicæ,
Melonis, —— —— ana libram unam.
Nicotianæ, —— —— —— libras duas.
vini albi, —— —— —— libras ſex, *ſeu* q. ſ.
Uvarum Corinthiacarum,
Paſſularum exacinatarum, —— ana unciam unam.

Ponantur omnia in magno matratio bene obturato, & ſinantur digeri per duos dies, poſtea diſtillentur ex cineribus: ex liquore deſtillato, &

Sacchari Candi, —— —— —— libris quatuor.

Fiat ſyrupus, cujus ſumatur uncia una pro doſi longe à paſtu bis aut ter in die. Adde uſus tempore

Lactis Sulphuris,
Perlarum, —— —— ana guttas ſeptem.

Lac Perlarum fit terendo eas ſuper marmor in alkool, irrorando aquâ Roſarum paulatim, deinde diſſolvendo cum ſucco Limonum. Diſſolutio ſervetur.

Febre hecticâ laborantibus, phthiſicis, emaciatis convenientiſſimus, modo per multum temporis ſpatium ad cochleare unum aut alterum utatur æger.

Syrupus Capillarium,

℞. Capilli veneris recentis, —— —— manipulos quatuor.
Aquæ calentis, —— —— —— q. ſ.

Macerentur tepide per horas ſex aut ſeptem in fictili vaſe, poſtea citra fervefactionem colentur: colaturæ adde

Caſſonadæ albiſſimæ, —— —— —— libras duas.

Clarificentur unà, fiatque ex arte in ſyrupi modum, qui aquâ Naphæ vel Roſarum guttis aliquot irroretur.

Præſtat ad Thoracis affectiones calidas, pleuritidique incipienti eſt idoneus.

I iij

©BIU Santé

Syrupus Caryophyllorum, ſeu de Tunica. Pharm. Lugd.

℞. Florum Caryophyllorum hortenſium rubrorum exungulatorum, ——— ——— ——— —— libram unam.
Tota die fervefiant cum libris tribus aquæ: poſt macerationem 24. horarum, cola, in expreſſione infunde
Eamdem florum quantitatem, colaturâ factâ diſſolve leniſſimo igne.
Sacchari albiſſimi & pulverati, ——— ——— libras quatuor.
Fiat ſyrupus.
Ad præcipuos cordis affectus efficax, tremorem ac ſyncopen fugat; febrium malignarum noxas diſcutit: variolis & morbillis conducit.

Syrupus Coraliorum. H. A. Mynſicht.

℞. Tincturæ Roſarum rubrarum cum aqua è ſucco Cichorii cum tota planta deſtillatione & rubini inſtar extractæ, —— uncias decem.
Salis Coraliorum rubrorum, ——— ——— unciam ſemiſſem.
Mixtis, ſolutis, & filtratis adde
Sacchari albiſſimi, ——— ——— libram unam.
Succi depurati, Berberum,
Ribeſiorum, ——— —— ana uncias quatuor.
Denuo miſce & fiat lege artis debitæ conſiſtentiæ Syrupus.
In dyſenteriâ, lienteriâ, diarrhæâ Cœliacâ paſſione, fluxu-hepatico, gonorrhœâ, fluore uterino arcanum eſt, fœtum in utero roborat, conſervat, & ab abortu prohibet.

Syrupus Dyſentericus Pariſienſ. Medicorum.

℞. Rhabarbari minutim inciſi, ——— drachmas duas.
Cinamomi, ——— ——— —— ſcrupulum unum.
Infunde in aquæ Roſarum ſtillatitiæ, ——— ——— libra una.
Infunde pariter in aquæ ſtillatitiæ Plantaginis, ——— libra una.
Florum Roſarum rubrarum, ——— ——— unciam ſemiſſem.
Macerentur ſeparatim per 24. horarum ſpatium, quibus adde
Succi Berberum depurati, ——— ——— ——— libram unam.
Poſtea miſceantur: colaturæ per reſidentiam claræ, addatur
Sacchari Candi albiſſimi, ——— ——— ——— libras duas vel q. ſ.
Coquatur in ſyrupum ut opus eſt.
Lienteriæ & dyſenteriæ medetur.

©BIU Santé

Syrupus de Eryſimo Lobelii.

℞. Eryſimi totius recentis, — — — manipulos ſex.
Radicum Helenii,
Tuſſilaginis ſucco adhuc prægnantium,
Glycyrrhizæ, — — — ana uncias duas.
Herbar. Borraginis,
Cichorii,
Capilli veneris, — ana manipulum unum ſemiſſem.
Florum — Violarum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Anthos,
Stœchados vel Betonicæ, — ana manipulum ſemiſſem.
Seminis Aniſi, — — — — drachmas ſex.
Paſſularum mundatarum, — — — uncias duas.
Inciſis & contuſis fiat omnium decoctio ſecundum artem in
Aquæ hordei,
Hydromelitis, — — — — ana libris quatuor.
Succi Irionis, — — — — unciis ſex.
Ad remanentiam librarum trium, in expreſſo liquore diſſolvantur & clarificentur
Caſſonadæ albæ, — — — — libræ duæ
Fiat lege artis ſyrupus legitimæ conſiſtentiæ.
Inprimis in raucedine commendatur, mucilaginem enim pulmonum incidit & educit.

Syrupus de hyſſopo Meſ.

℞. Hyſſopi mediocriter ſicci,
Radicum Apii,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ, — — ana drachmas decem.
Hordei mundati, — — — unciam ſemiſſem.
Seminum Malvæ,
Cydoniorum,
Tragacanthi, — — — ana drachmas tres.
Capillorum veneris, — — — drachmas ſex.
Jujubas,
Sebeſten, — — — ana numero triginta.
Uvarum Paſſarum ab acinis mundatarum, — unciam ſemiſſem.
Ficus ſiccas,
Dactylos pingues, — — ana n. decem.

©BIU Santé

Coquantur in aquæ q. ſufficienti, in colatura diſſolve, & clarifica
Caſſonadæ albiſſimæ vel ſacchari, ——— libras duas.
In ſyrupum ex arte percoquantur.

Utimur eo in morbis thoracis invaleſcentibus, ex frigida craſſa & lenta materia natis, ubi attenuatione, deterſione, & expurgatione majore opus eſt: aſthmaticos & tuſſiculoſos juvat, obſtructiones aperit, hypochondriorum dolori, ac renum calculis utilis.

Syrupus Iujubinus Meſuë.

℞. Jujubas, ——— n. ſexaginta.
Hordei mundati à cortice exteriore,
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ,
Capilli veneris, ——— ana unciam unam.
Violarum,
Seminum Malvæ, ——— ana drachmas quinque.
Cydoniorum,
Papaveris albi,
Melonis,
Lactucæ,
Gummi Tragacanthi, ——— ana drachmas tres.

Coquantur ex arte in aquæ q. ſ. expreſſum clarificatum, & colatum cum
Sacchari albi vel Caſſonadæ, ——— libris duabus.
Coquatur ad juſtam ſyrupi conſiſtentiam.

Ad tuſſim ſiccam, arteriæ aſperitatem, omneſque thoracis affectus, à fluxionibus calidis ortum habentes, accommodatur.

Syrupus de Kermes.

Ex agro Montepeſſulano ad nos deportatur
Cor & facultates omnes vitales roborat.

Syrupus Mercurialis.

℞. Succorum optime depuratorum Mercurialis, — libras quatuor.
Bugloſſi,
Borraginis, — ana libram unam.
Vini albi, ——— libram ſemiſſem.
Radicum Gentianæ,
Ireos noſtratis, ——— ana uncias duas.

Fiat infuſio ſuper cineres calidos per 24. horarum ſpatium, poſtea decoquantur & clarificentur cum
Caſſodopæ,

Mellis

©BIU Santé

Mellis Narbonenſis, ——— ——— ana libris duabus.

Ad ſyrupi conſiſtentiam, cui ab igne remoto, & aliquantuſum refrigerato admiſceantur, cochleare movendo.

Oleorum ſtillatitiorum Cinamomi,
Caryophyllorum, ana guttæ quatuor.

Podagricis familiaris eſt ſub titulo ſyrupi de longa vita: ad cochleare unum aut alterum detur, jejuno ventriculo.

Syrupus Nymphææ.

℞. Florum Nymphææ alborum mundatorum, id eſt vireſcente ac herbaceâ, nec non flavâ parte rejectâ, ——— libras duas.

Infunde per 24. horas in aquæ puriſſimæ tepentis, lib. duodecim. Sub finem excalefiant, donec ebullire videantur, expreſſione factâ, novi flores eadem quantitate ſimiliter per diem naturalem in eadem aquâ ſeu decocto infundantur, abjecto prius infuſorum florum magmate, in expreſſo colato & clarificato, tantumdem ſacchari albiſſimi addatur & coquatur in juſtam ſyrupi craſſitiem.

Inſigniter refrigerat, ſomnum conciliat, viſcerum æſtus mitigat, veneris inſomnia cohibet, ſemen immodice fluens reſtringit, ſitim temperat, ac febrium ardores compeſcit.

Syrupus Papaveris erratici.

℞. Infuſionis florum Papaveris erratici bis iteratæ & cum albumine ovi clarificatæ, ——— ——— ——— ——— libras duas.
Sacchari optimi eamdem quantitatem.

Coquantur ſimul in ſyrupum, addendo ſub finem pro unaquaque libra ſyrupi.

Aquæ Roſarum fragrantis, ——— ——— uncias duas.

Pleuritidi incipienti, peripneumoniæ, pulmonis fluxionibus calidis, tenuibus & acribus, uſus ejus frequentior eſt: ſomnum conciliat.

Syrupus de Papavere, ſeu Diacodium. Pharm. Pariſienſ.

℞. Capitum magnitudine mediocrium papaveris albi & nigri ſtatim poſt flores deciſos, ——— ——— ——— ana libram unam.

Macerentur per diem naturalem in aquæ puriſſimæ, lib. duodecim. v. q. ſ.

Leviter poſtea calefiant per 24. horarum ſpatium, quo tempore ipſorum ſuccus mediocriter exprimendus eſt, in quo infunde parem capitum papaveris utriuſque quantitatem, ſimiliter exprime, cola atque clarifica cum albuminibus & teſtis ovorum, per manicam mundam: factâ & iteratâ colatione uſque ad perfectam clarificationem, coquatur in ſyrupum cum

K

©BIU Santé

Sacchari optimi, — — — libris quinque.

Somnum conciliat, tum propriis viribus refrigerando nimirum & humectando, tum accidentario, ſedatâ videlicet tuſſi, quæ inſomnium parit; dyſenteriæ, fluoribus ſanguinis & menſium medetur.

Syrupus de Pede-Cati. I. Gonerii Pharmacop. Pariſienſis.

℞. Summitatum floridarum & recentium Æluropi, libram unam. Infunde per noctem & diem in aquæ calentis, lib. quinque aut q.ſ. Deinde bulliant lento igne. In colatura ad libras quatuor adde

Sacchari, — — — — libras tres.

Coquantur ex arte in Syrupum.

Pulmonis vulnera ſanat, & ulcera impedit: exhibeturque potiſſimum iis quibus à capite aut aliis partibus in thoracem fit defluxio, & quibus pulmones pituitoſo humore multo infarciuntur. Expectorationem promovet.

Syrupus de Pomis ſimplex.

℞. Succi Pomorum acido-dulcium fragrantium Renetiorum inprimis, vel curtipendulorum menſe Octobri vel Novembri expreſſi & clarificati, — — libram unam.

Sacchari optimi, — — — libras duas.

Coquantur in ſyrupum.

Syrupus alius de Pomis, Pharm. Pariſ.

℞. Pomorum redolentium acido-dulcium per talleolas diſſectorum, & à pelliculâ atque ſemine repurgatorum,

Sacchari optimi pulverati, — ana libras quatuor vel q. v.

Panno mundo involvantur, talleolis pomorum ſibi invicem ſuperſtratis, ſingulisque ordinibus ſuperinjecto ſacchari polline. Pannus autem ſuſpenſus in frigido & humido loco reponatur, ibique relinquatur, ſuppoſito vaſe excipiente ſyrupum clarum ſenſim per interjectum pannum defluentem ſpatio unius vel alterius diei.

Qui quidem ſyrupus ut præter unum aut alterum menſem viribus integris ſervari poſſit, coquendus erit ad conſiſtentiam.

Syncopen & cordis palpitationem ſedat: omnibus cordis affectibus ab atra bile natis ſuccurrit, febribus bilioſis auxiliatur, lætitiam inducit.

©BIU Santé

Syrupus Regius ſeu Iulapium Alexandrinum.

℞. Aquæ Roſarum fragrantiſſimæ, —— libram unam.
Sacchari albiſſimi, —— —— —— libras duas.
Diſſolvantur ſimul, ſimplicique iſta diſſolutione citra coctionem fiat ſyrupus liquidior, ſeu Julep.

Si quando vero in rem præſentem parare libeat, pro doſi una aut altera.

℞. Aquæ Roſaceæ, —— —— —— uncias octo.
Sacchari albi, —— —— unciam unam & ſemiſſ.
Coquantur unà leni ebullitione, fiatque Julep.

Spiritus vitales recreat, eoſdemque reparat.

Syrupus de Roſis ſiccis. Pharm. Pariſ.

℞. Roſarum rubrarum arefactarum in umbra libram ſemiſſem macera horis 24. in aquæ fluvialis tepentis, —— libris quatuor.

Sequenti die parem, Roſarum quantitatem in eadem aquâ macera, atque etiam tertiò. In expreſſo diſſolve
Sacchari optimi, —— —— — libras duas.
Percoquantur in ſyrupum.

In omni alvi fluore utilis: cœliacos, lientericos, ac dyſentericos juvat: partes internas roborat.

Syrupus de Tuſſilagine.

INfuſio, colatura & coctio eadem erit ſicut in ſyrupo de Pedecati.

Tuſſi, pleuritidi, peripneumoniæ ac phthiſi ſalutaris, necnon catarrhis ſalſis, & acribus perquam idoneus eſt.

Syrupus Violatus. Pharm. Londin. Bruxell.

℞. Florum violarum recentium mundatorum, —— libram unam.
Aquæ fontanæ ferventis, —— —— libras duas.
Arcte claude in ollâ terreâ novâ &, infunde per totam noctem ſuper cineres calidos, dein in panno albo & novo exprime per prælum: in expreſſo diſſolve ad Balnei calorem & coque
Sacchari puriſſimi in pollinem redacti, —— libras quatuor.

Spuma emergens auferatur, poſteaque ubi refrixerit in lagenis vel aliis vaſculis oris anguſti, aſſervetur, quæ ſaccharo pulverato ritè obturanda ſunt.

Vires. In febrium æſtibus billioſis, acutiſque morbis, viſcerum inflam-

©BIU Santé

mationibus ac ſiti inexplebili, commendatur: ex violarum recentium diluto confectus ſyrupus, merito inter polychreſtos cenſendus eſt: unde alvum nonnihil emolliendo bilis acrimoniam retundit: refrigerat enim & humectat.

Syrupus de Viperis.

℞ Viperas recèns mactatas, & per partes ſectas, numero duodecim.
Santali citrini,
Cinamomi, ——— ——— — ana uncias duas.
Chinæ,
Saſſaparillæ, ——— ——— ——— ana unciam unam.
Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ,
Ligni-aloës, ——— ——— ana drachmas duas.

Contrita & contuſa omnia macerentur MB. per viginti quatuor horas, in
Aquæ fontanæ, ——— ——— libris quatuor.

Quibus poſtea affunde
Vini albi optimi,
Aquæ Naphæ, ——— ——— — ana libras duas.

Poſt levem ebullitionem, & clarificationem, fiat colatura, in qua diſſolve
Sacchari candi, ——— ——— libras quatuor aut q. ſ.

Coquantur ad debitam conſiſtentiam ſyrupi, qui pôſtquam refrixerit, aromatizetur
Tinctura Ambari, ——— ——— — unciâ unâ.

Fiat Syrupus.

Vires hujus ſyrupi conveniunt cum pulvere, trochiſcis & ſalibus Theriacalibus.

Putredini reſiſtit & venenis: unde conducit in peſte, febribus malignis, & ſtomachi imbecillitatibus: Subvenit ictero, & hydropi medetur: Sudores provocat: circulationem ſanguinis movet, ejuſque maſſam ab impuritatibus ſolvit, ad unciam unam.

©BIU Santé

ARTICULUS QUARTUS.

DE SYRUPIS LAXATIVIS.

Syrupus de Cichorio. ſimplex.

Ex Fernelio Renodæo & Pharm. Pariſ.

℞ Hordei integri à ſordibus repurgati, —— uncias quatuor.
Radicum Apii,
Aſparagi,
Fœniculi, —— —— ana uncias duas.
Foliorum Intybi latifolii, ſeu Endiviæ ſativæ,
Intybi anguſtifolii, ſeu ſcariolæ,
Cichorii erratici,
Taraxaci, —— — ana manipulos duos.
Lactucæ domeſticæ,
Lactucæ ſylveſtris quæ ſpinas in dorſo foliorum habet,
Lactucæ Leporis, *ſeu* Cicerbitæ, *ſeu* Sonchi Leporis,
Hepaticæ, *ſeu* Lichenis,
Fumariæ,
Lupuli,
Adianti albi, *ſeu* Capilli veneris,
Adianti nigri, *ſeu* Polytrici.
Adianti vulgaris, *ſeu* Dryopteris, vel Filiculæ,
Aſplenii, *ſeu* Scolopendrij, *vulgò* Ceterach,
Glycyrrhizæ raſæ recentis contuſæ,
Baccarum Halicacabi,
Cuſcutæ, —— —— ana drachmas ſex.

Coquantur ex arte in libris quatuordecim aquæ aut quantum ſufficit, ad tertiæ partis conſumptionem: in colato librarum quinque diſſolve, clarifica, & coque in ſyrupi conſiſtentiam.

Sacchari optimi vel Caſſonadæ albiſſimæ, —— libras ſex.

Syrupus de Cichorio compoſitus cum Rhabarbaro.

℞ Præſcripti decocti reſiduum ſeu —— ——libras quinque.
In quibus infunde per 24. horarum ſpatium in vaſe fictili vitrato cooperto.

Rhabarbari minutim effracti, —— uncias duas & ſemiſſem.
Santali citrini,
Cinamomi, —— —— ana drachmam unam.

Deinde leviter bulliant, colentur, exprimanturque fortiter: & cum libris

©BIU Santé

quinque prioris ſyrupi ſimplicis (qui ultra ſyrupi conſiſtentiam coquendus eſt) permiſceantur, & iterum lento igne redigantur in ſyrupum.

Quod ſupereſt ſyrupi Cichorii ſimplicis ſerva ad uſum. Qui menſes & urinam ciet, viſcerum quoque obſtructiones tollit.

Syrupus de Rheo compoſitus eximiis pollet dotibus, jecoris enim, lienis & renum obſtructiones aperit, cor & viſcera roborat, pueris & gravidis ſine noxa bilem movet, febribus ardentibus & dyſentericis medetur.

Syrupus Elleboratus major Quercetani.

℞. Radicum Ellebori nigri & electi, —— unciam unam ſemiſſem:
Polypodii quercini,
Seminis Carthami, —— —— ana uncias duas.
Viſci — Quercini,
Corylini, —— —— ana unciam unam.
Turbith gummoſi,
Agarici trochiſcati,
Aſari, —— —— —— ana drachmas ſex.
Seminum Pœoniæ,
Aniſi,
Citri,
Cardui benedicti,
Acetoſæ, —— —— ana unciam ſemiſſem.
Dictamn. Cretenſis,
Florum Tiliæ arboris,
Calendulæ,
Centaurei minoris,
Hyperici, —— —— ana pugillos duos.
Violarum,
Bugloſſi,
Nymphææ, —— ana pugillum unum & ſemiſſem.

Macerentur in ſ. q. oxymelitis ſcillitici & aquæ fumariæ, idque in vaſe vitrato optime clauſo ad ignem MB. per duos dies ad minimum: dein fortiter exprimantur & clarificentur, in libris duabus hujus colaturæ, macera deinceps, & digere ad eumdemmet ignem per quatuor dies.

Radices Ellebori nigri veri & electi, —— unciam unam.
Folliculorum Sennæ, —— —— uncias tres.
Macis,
Caryophyllorum,
Cinamomi, —— —— ana drachmam unam.

Denuo fortiter exprimantur, & per unum aut alterum diem in codemmet MB. quam optime purificentur, ut artis eſt, ſemel aut bis in die ad minimum, fæces quas in fundo vitri ſubſidere percipies rejicien-

©BIU Santé

do, & quod purius eſt denuo purificando, idque iterando, donec materia nullas amplius fæces deponat ad fundum vaſis. His peractis adde

Sacchari violati, ——— ——— ——— q. S.

& coquantur in ſyrupum addendo ſub finem coctionis

Rhabarbari ſeorſim in ſucco Roſarum pallid. macerati & expreſſi, ——— ——— ——— unciam unam & ſemiſſem.

Miſce fiat ſyrupus mediocriter coctus, cujus doſis ad uncias duas per ſe exhibeatur, vel cum aqua Liliorum convallium, ſuperaddendo potioni guttas aliquot ſpiritus Vitrioli.

Sive ſint infantes aut fæminæ, ſive juvenes aut ſenes, obœſi aut macri, ſive cujuſcunque temperamenti homines tutus eſt uſus. Idemmet auxilium apoplecticis, paralyticis & melancholicis aliiſque id genus morbis, validas etiam fixaſque radices habentibus ſumme conducit.

Syrupus Emeticus.

℞. Vitri Antimonii, ——— ——— drachmas ſex.
Succi Cydoniorum per ſubſidentiam depurati, lib. unam & ſem.

Cucurbitâ vitreâ excepta per 24. horarum ſpatium macerentur igne lento, filtratus liquor cum

Sacchari optimi, ——— ——— libra una ſeu q. ſ.

Calidiore cinerum calore coquantur in ſyrupum.

Ab effectibus ſortitur nomen: ventriculum ab humoribus craſſis surſum liberat, aliquando etiam per inferiora purgat: apoplexiæ ſuccurrit.

Syrupus è floribus mali Perſicæ.

℞. Florum Perſicorum recentium leviter contuſorum libram unam; macerentur in ſ. q. aquæ limpidæ per duodecim horas, tumque bulliant & exprimantur fortiter: eadem novorum florum quantitas per totidem tempus infundatur, idque ter aut quater, (ſi florum ſuppetat ubertas) repetatur: tandem, expreſſione forti factâ: pro quaque libra infuſionis addatur caſſonadæ eadem quantitas & clarificetur, & coquatur in ſyrupum ad uſum.

Aquas & bilem purgat, vermes enecat.

Syrupus ex infuſione Roſarum pallidarum.

EOdem paratur modo, quo ſyrupus de floribus perſicis.

Fruſtra (inquit Doctiſſimus Fernelius) quidam tum violaceo tum Roſaceo ſyrupo conficiendo violarum & Roſarum macerationem nonies renovant, quum unâ & alterâ, tertiâve, ad ſummum quartâ infuſione nihilo inefficaciores futuri ſint.

©BIU Santé

Syrupus è ſucco Roſarum pallidarum.

℞. Succi Roſarum pallidarum depurati.
Caſſonadæ albæ, —— —— —— æquale pondus.
Clarificentur albumine Ovi, & coquantur ad ſyrupi perfectionem.

Syrupus Roſatus cum Senna & Agarico.

℞. Foliorum Orientalium mundatorum, —— uncias quatuor.
Agarici electi rapati, —— —— —— uncias duas.
Zingiberis,
Aniſi, —— —— —— ana unciam ſemiſſem.
Succi Roſarum pallidarum depurati, —— libras octo.
Infundantur tepide horis 24. in vaſe fictili cooperto, deinde leviter bulliant, colentur, & exprimantur, liquor ovi albumine cum
Caſſonadæ albiſſimæ, —— —— libris quatuor.
Clarificetur & coquatur in ſyrupum.
Syrupus Roſarum pallidarum ſimplex ſeroſos humores purgat, ventriculum corroborat, febribus peſtilentibus convenit, vermes necat. Ex Rhabarbaro compoſitus, bilem: Agarico, pituitam: ſennâ, melancholiam evacuat.

Syrupus de Pomis laxativus Regis Saporis.

℞. Succorum depuratorum Pomorum dulcium redolentium, lib. tres
Borraginis
Bugloſſi, —— —— ana libras duas.
Folliculorum Sennæ, —— —— uncias quatuor.
Seminum Aniſi,
Fœniculi, —— —— ana unciam ſemiſſem.
Caryophyllorum,
Croci panno lineo ligati, —— ana drachmam unam.
Caſſonadæ albæ, —— —— libras quatuor.
Fiat Syrupus ſecundum artem.
Habeatur etiam hujus ſyrupi pars aliqua ſine croco.
Eo utimur ad effectus melancholicos, maniam, humores aduſtos, morbos cutaneos, lepram, ſcabiem, &c.

Syrupus

©BIU Santé

Syrupus de Pomis compoſitus.

D. M. Franciſci Blondel Medici Pariſienſis.

℞. Radicum Oxylapathi, ——— ——— uncias quatuor.
Polypodii, ——— ——— uncias duas.
Ononidis,
Bruſci,
Fœniculi,
Bardanæ,
Pœoniæ maris, ——— ana unciam unam.
Purgatæ cute integrâ & exenteratæ, ſi quæ nervum intus habeant, comminutæ, & in pila marmorea contuſæ, biduo macerentur, in
Aquæ fluvialis tepidæ, ——— ——— libris quinque vel q. ſ.
Fiat exinde coctio ad tertias, poſtea adde
Fol. Eupatorii,
Agrimonii,
Epithymi,
Fumariæ,
Meliſſæ, ——— ——— ana manipulum unum.
Flor. Anthos,
Stœchados, ——— ana drachmam unam & ſemiſſem.
Colaturæ prælo expreſſæ, & per inclinationem effuſæ, adde
Succi depurati Pomorum redolentium, ——— libras quatuor.
Borraginis,
Bugloſſi, ——— — ana libras duas.
Foliorum Orientalium mundatorum, ——— libram unam.
Sem. Cumini,
Fœniculi, ——— ——— ana drachmas ſex.
Cinamomi, ——— ——— drachmas duas.
Santali citrini, ——— ——— drachmam unam.
Poſt macerationem 24. horarum, levem ebullitionem, & clarificationem, cum
Sacchari vel Caſſonadæ, ——— libris quinque.
Coquantur in ſyrupum.
Obſtructiones contumaces & inveteratas tollit: humores omnes aduſtos & melancholicos leniter evacuat: affectus hypochondriacos uterinos & meſentericos curat, ad uncias duas.

©BIU Santé

Syrupus de Rhamno ſolutivo, vulgo de ſpina infectoria.

℞. Succi depurati fructuum Rhamni maturorum, — libras duas.
Sacchari optimi, ——— ——— libras quatuor.
Coquantur in ſyrupum.

Hydropicis convenit, ſeroſos humores à juncturis potenter detrahit, & purgat.

Syrupus de Scammonio. Georg. Batei.

℞. Diagrydii, vel Scammonii optimi pulveriſati, drachmas ſex.
Uvarum paſſarum exacinatarum,
Sacchari albi pulveriſati, ——— ana uncias octo.
Spiritus Vini, ——— ——— libras duas.

Coque lento igne aduſtulando, ad conſumptionem dimidiæ partis. Fiat colatura.

Bilioſis & hydropicis maxime conducit.

©BIU Santé

SECTIO QUARTA.

De Opiatis, Antidotis, Confectionibus, Electuariis, & Hieris.

ARTICULUS TERTIUS.

DE OPIATIS ET CONFECTIONIBUS CARDIACIS.

Diaſatyrium. Pharm. Bruxellens.

℞. Radicum Satyrii Cynorchidis, —— uncias octo.
Eryngii,
Paſtinacæ ſativæ,

Recentium mundatarum & à parte calloſa ſeparatarum, ana unc. tres.

Incidantur minutim, & coquantur in ſ. q. ſucci Cydoniorum recentium ad ipſarum mollitiem, pari modo ac ſi condiri deberent; quibus è ſucco exemptis ac minutim contuſis, interimque ſervatis, addantur reſiduo liquori, ſeu ſucco, in quo radices ad mollitiem coctæ fuerunt,

Sacchari Canarici albi, —— libras duas & ſemiſſ.

Coquantur denuo ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam, in fine adjiciendo prædictas coctas radices, quouſque illarum attracta humiditas unâ vel alterâ ebullitione exhalet; & poſtquam refrixerint ſuperaddantur

Pulpæ Nucum Indicarum conditarum,
Zingiberis Sinenſis conditi,
Piſtaciorum decorticatorum inciſorum, ana unc. quatuor.
Cerebella Paſſerum, —— —— numero ſex.
Pulveris Caryophyllorum,
Piperis longi, —— ana drachmæ tres.
Cardamomi minoris,
Nucis moſchatæ, —— — ana uncia una.
Boleti Cervini,
Pryapi Cervi rapati,
Lumborum Scincorum,
Seminum Linguæ Avis,
Urticæ,
Erucæ, —— —— ana uncia ſemis.
Magiſterii Perlarum,
Coraliorum, —— ana drachma una.
Moſchi, —— —— —— ſcrupulos duos.

©BIU Santé

Ambari, — — ſcrupulus unus.

Fiat Electuarium lege artis.

Conſumptos & emaciatos reficit, ſemen auget, venerem languidam excitat.

Diaſcordium hier. Fracaſtorei. Pharm. Amſtelr.

℞. Foliorum Scordii ſiccatorum,
Roſarum rubrarum, — — ana unciam unam.
Boli Armeniæ veræ, — — uncias duas.
Rad. Biſtortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Caſſiæ ligneæ,
Cinamomi,
Dictamni Cretic.
Sem. Acetoſæ,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Gummi Arabici vermiculati, — ana unciam ſemiſſem.
Opii præparati,
Zingiberis,
Piperis longi, — — ana drachmas duas.
Mellis Roſati colati, ad conſiſtentiam cocti, — libras tres.
Vini generoſi Canar. — — q. ſ.

Fiat ſecundum artem Opiata, quæ ſæpius agitetur, ut conſiſtentia laudabilior evadat.

Feliciter utimur in iis quibus Theriaca locum non habet, præſertim in cephalalgia, dyſenteria, morbis contagioſis.

Confectio Alkermes.

Ex Pharm. Bleſenſ. Amſtelr. Hagienſ.

℞. Syrupi granorum Kermes Montepeſſulo delati exquiſiti, libr. duas.
Calefacto adde
Pulv. Ligni Aloës, vel Santali citrini,
Cinamomi, — — ana ſcrupulos ſex.
Ambari Cineritii,
Lapidis Lazuli præparati,
Margaritarum præparatarum, — ana drachmas duas.
Foliorum Auri, — — drachmam unam.
Moſchi, — — ſcrupulum unum.

Miſce, fiat confectio ſecundum artem: cujus portio aliqua ſine Moſcho & Ambaro ſervari debet.

Cor, vitaleſque partes valide roborat, ob id ſyncopen & cordis palpit

©BIU Santé

tationem expellit, cerebro quoque ac animali facultati languidæ eximiè ſuccurrit, melancholicis, mœſtis ac triſtibus datur.

Confectio de Hyacintho, Iouberti. Pharmacop. Pariſienſis.

℞. Hyacinthorum,
Coralii rubri,
Terræ Lemniæ veræ,
Boli Armeniæ præparatæ, —— ana unciam ſemiſſem.
Santali citrini, —— —— drachmas duas.
rubri,
Granorum infectoriorum,
Radicis Tormentillæ,
Diptamni, *ſeu* Fraxinellæ albæ,
Folior. Dictamni Cretici,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum,
Cornu cervi non uſti,
Raſuræ Eboris,
Seminum Citri mundat,
Cardui benedicti,
Acetoſæ,
Portulacæ, —— ana drachmam unam.
Saphyrorum,
Smaragdorum,
Lapidis Topazii,
Margaritarum,
Bracteolarum auri, —— ana ſcrupulos duos.
Croci, —— —— ſcrupulum unum.
Moſchi,
Ambari cineritii, —— ana gr. quinque.
Syrupi Limonum ad conſiſtentiã Electuarii cocti, lib. duas vel q. ſ.

Fiat Electuarium, cujus pars quædam ſine odoramentis in officinis ſervabitur.

Valet ad peſtis curationem, ad virium tutelam, morbillis & variolis præſens eſt auxilium. Cor & ſpiritus vitales recreat: vomitum compeſcit.

©BIU Santé

Mithridatium Damocratis.

℞ Myrrhæ,
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Nardi Indicæ,
Thuris maſculi,
Seminis Thlaſpeos, —— ana drachmas decem.
Seſeleos,

Opobalſami veri, vel olei Nucis myriſticæ,
Schœnanthi, vel ejuſdem junci,
Stœchados arabicæ,
Coſti arabici,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei,
Succi hypociſtidis,
Styracis calamitæ,
Opopanacis,
Folii jndici, *ſeu* Malabatri, —— ana unciam unam.

Caſſiæ ligneæ,
Polii montani,
Piperis albi,
Scordii,
Seminis Dauci,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Trochiſcorum Cypheos,
Bdellii, —— —— ana drachmas ſeptem.

Nardi celticæ,
Sem. Petroſelini macedonici,
Gummi Arabici,
Opii,
Cardamomi minoris,
Sem. Fœniculi,
Rad. Gentianæ,
Roſarum rubrarum,
Dictamni cretici, —— ana drachmas quinque.

Seminis Aniſi,
Rad. Acori veri officinarum,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Phu, ſeu Rad. Valerianæ majoris,

©BIU Santé

Sagapeni, — — ana drachmas tres.
Mei,
Acaciæ,
Lumborum Scinci,
Comarum Hyperici, ana drachmas duas & ſemiſſem.
Vini Hiſpanici, — — — q. ſ.
Mellis optimi Narbonenſis triplum ſeu libras ſeptem cum unciis quatuor & drachmis duabus.

Notabis primò, quod ſpecies quæ hanc opiatam conſtituunt, debent unâ eâdemque operâ miſceri, in ſubtiliſſimum pulverem conteri, & per cribrum ſetaceum trajici.

Notabis 2°. dictas ſpecies conſtare unciis triginta octo cum drachmis ſex ponderis Galenici & Pariſienſis, quam componant libram non curo?

Notabis 3°. quod triplum mellis, ſi pondus Pariſienſe ſpectes, erit ſeptem librarum cum unciis quatuor & drachmis duabus, ut jam notatum eſt.

Notabis 4°. quod mel in hac Antidoto, ſicut & in aliis confectionibus & electuariis in quibus deſideratur, debet diſſolvi vel cum vino Hiſpanico, vel cum alio liquore, in parva quantitate: ſpumâ detractâ ponderatur: poſtea miſcetur cum ſpeciebus pulveratis ſecundum artem.

Theriaca magna Andromachi Senioris.

℞. Trochiſcorum Scilliticorum, — — uncias ſex.
Vel eorum loco pulpæ Scillæ recentis uncias quatuor,
Trochiſchorum Theriacalium, ſeu viperinorum,
Vel horum loco pulveris Viperini rite præparati,
Magmatis Hedycroï,
Piperis longi,
Opii præparati, — anà uncias tres.
Opobalſami, ſeu olei Nucis moſchatæ expreſſi,
Agarici,
Cinamomi,
Ireos florentinæ,
Roſarum rubrarum èxungulatarum,
Scordii cretici, vel noſtratis,
Seminis Buniados, ſeu Napi ſylveſtris,
Succi Glycyrrhizæ, ana unciam unam & ſemiſſem
Calaminthæ montanæ,
Caſſiæ ligneæ veræ,
Foliorum Dictamni cretici,
Coſti,
Croci,
Myrrhæ,

©BIU Santé

Nardi Indicæ,
Rad. Pentaphylli,
Zingiberis,
Rhapontici veri,
Verticillorum Praſſii albi,
Stœchados Arabicæ,
Schœnanthos,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Piperis albi,
Piperis nigri,
Thuris maſculi,
Terebinthinæ Chiæ, —— ana drachmas ſex.
Rad. Gentianæ,
Acori veri,
Meu Athamantici,
Valerianæ,
Nardi celticæ,
Chamæpityos,
Chamædryos,
Malabatri,
Comarum Hyperici;
Polii montani,
Amomi racemoſi, ſeu ſem. Citri excorticati,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Cardamomi minoris,
Sem. Ammeos,
Thlaſpeos,
Aniſi,
Fœniculi,
Seſeleos Maſſilienſis,
Succi Hypociſtidos,
Acaciæ,
Styracis calamitæ,
Gummi Arabici,
Sagapeni,
Terræ Lemniæ &
Calchitidis, —— ana drachmas quatuor.
Rad. Ariſtolochiæ tenuis,
Comarum Centaurii minoris,
Dauci cretici,
Opopanacis,
Galbani,
Caſtorei,
Bituminis Judaïci, —— ana drachmas duas.

Mellis

©BIU Santé

Mellis Narbonenſis, ——— triplum.
Vini Hiſpanici veri, ——— ——— q. ſ.

Miſce fiat Antidotus ex arte multoties agitanda, & reponenda ad uſum.

Non pigebit, Amice lector, huc repetere, & obſervare ea, quæ dicta ſunt in Mithridatica antidoto: nimirum in Theriacali compoſitione uncias eſſe quinquaginta ſeptem cum drachmis ſex pulveris, cujus triplex mellis quantitas eſt centum ſeptuaginta trium unciarum cum drachmis duabus: ad quamcunque libram ſeu civilem noſtram Pariſienſem, ſive Galenicam reducere volueris, nihil ad rem, modo habeamus centum ſeptuaginta tres uncias cum drachmis ſex mellis, ad conſiſtentiam debitam cocti.

Solemnes ac nobiliſſimæ hæ duæ Antidoti, Mithridatum ſcilicet & Theriaca ex ſelectiſſimis à Deo O. M. creatis alexipharmacis concinnatæ, ad plurium morborum curationem & ſanitatis tutelam commendabiles, maxime proſunt; ſive à capite ortum habeant, ſive ab inteſtinis, ſive à ventriculo. In venenatorum plagis, venenatis morbis, peſtilentibus, contagioſis: in rigore febris mirum in modum conveniunt, lumbricorum omne genus expellunt: quantum fieri poteſt jejuno ventriculo exhibeantur. Animalibus ſummum & excellens utrumque eſt remedium, atque præſidium.

Utriuſque Antidoti pulveris pars quædam aliquando ſeparatim ſervetur, melle pro libitu condienda.

Orvietanum Friderici Hoffmanni.

℞. Rad. Vincetoxici,
Zedoariæ,
Carlinæ,
Angelicæ,
Petaſitidis,
Valerianæ,
Dictamni albi,
Enulæ campanæ,
Chelidonii, ——— ana drachmas tres.
Fol. Dictamni cretici,
Scordii,
Rutæ, ——— ana manipulos tres.
Myrrhæ electæ,
Croci,
Cinamomi,
Caryophyllorum, ——— ana unciam ſemiſſem.
Opii correcti, ——— drachmas tres.
Olei ſtillatitii Succini,
Citri, ——— ana drachmam unam & ſemiſſem.
Sulphuris electi,

©BIU Santé

Terræ ſigillatæ, — — ana unciam unam.
Salis volatilis viperarum, — drachmas ſex.
Pulveris viperarum, — — uncias duas.
Extracti Juniperini, — — q. ſ.

Miſce, pone ad fermentationem vaſe clauſo per aliquot menſes.

Non exiguæ virtutis (ut commendat Hoffmannus) eſt hæc Antidotus, tum in febribus malignis, tum in ſumptis venenis, in convulſionibus uſque ferocientibus compeſcendis.

Philonium Romanum N. Salern. Ph. Lugdun.

℞. Piperis albi,
Seminis hyoſcyami albi, — ana drachmas quinque.
Cinamomi, — — drachmas tres.
Opii, — — drachmas duas & ſemiſſem.
Caſtorei,
Myrrhæ,
Seminum Apii, — drachmam unam.
Dauci Cretici,
Fœniculi,
Petroſelini Macedonici, ana ſcrup. duos gr. quinque.
Pyrethri,
Spicæ nardi,
Zedoariæ, — — ana gr. quindecim.
Croci, — — ſcrupulum ſemiſſem.
Mellis deſpumati triplum, ſeu — uncias octo.

Miſce, fiat opiata ſecundum artem uſui obſervanda.

Datur pleuriticis, tabidis: ſomnum conciliat, eſt enim Laudanum parvulorum, ſanguinem & hæmorragiam ſiſtit, in colicis affectibus primas tenet, eique affectui adhibebat Galenus.

Opiata Salomonis Jouberti.

℞. Corticis Citri ſaccharo conditi, — uncias octo.
Conſerv. Roſarum rubrarum,
Acetoſæ, — ana uncias duas.
Bugloſſi,
Helenii, — — ana unciam unam.
Anthos,
Mithridatii, — ana drachmas ſex.
Seminum contra vermes præparatorum,
Citri, — ana unciam ſemiſſem.
Cinamomi,

©BIU Santé

Caryophyllorum, ——— ana drachmas duas.
Rad, Diptamni albi,
Seminis Cardui benedicti,
Corticis Citri ſicci, ——— ana drachmam unam & ſemiſſem.
Ligni Aloës,
Cardamomi,
Macis,
Rad. Gentianæ,
Raſuræ cornu Cervi, ——— ana drachmam unam.
Grana Juniperi in aceto Scillitico per noctem infuſa & exſiccata, ——— numero viginti ſex.
Syrupi Acetoſitatis Citri, ——— q. ſ.
Miſce fiat opiata.

Contagioſis & peſtilentibus morbis convenit, partes quæ principatum tenent roborat, vermes enecat, vomitus compeſcit.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE ELECTUARIIS ET CONFECTIONIBUS laxativis mollibus.

Benedicta laxativa N. Salern. ex Fernelio.

℞ Turbith optimi,
Corticis rad. Eſulæ præparatæ, ——— ana drachmas decem.
Diacrydii,
Hermodactylorum,
Roſarum rubrarum, ——— ana drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Spicæ nardi,
Zingiberis,
Croci,
Sem. Saxifragæ,
Amomi,
Apii,
Petroſelini,
Carvi Cretici,
Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci *vulgo* Bruſci,
Milii Solis, *ſeu* Lithoſpermi,
Cardamomi majoris,
Macropiperis, *ſeu* Piperis longi,
Macis,

©BIU Santé

Galangæ tenuioris,
Salis gemmei, ——— ana drachmam unam.
Mellis deſpumati & cocti, ——— uncias viginti quatuor.

Fiat Electuarium molle uſui reponendum, & ſæpius agitandum, ut debitam Electuarii acquirat conſiſtentiam.

Humores pituitoſos ad articulos potiſſimum decumbentes elicit, colicis prodeſt, ad quorum dolores enemata plurimum expetuntur: à renibus quoque & veſica purgat; ſed in calida cauſa ab ejus uſu abſtinendum.

Catholicum ſeu Lenitivum pro Clyſteribus.

℞ Fol. Malvæ,
Althææ,
Mercurialis,
Parietariæ,
Violarum,
Senecionis, ——— ana manipulos octo.
Flor. Chamomillæ,
Meliloti, ——— ana manipulos quatuor.
Sem. Aniſi,
Fœniculi, ——— ana uncias quatuor.

Bulliant in ſ. q. aquæ: in media parte colaturæ deſpuma, & coque ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam

Mellis communis, ——— quadraginta libras.

Deinde diſſolve

Pulpæ Prunorum damaſcenorum nigrorum altera decocti parte coctorum, ——— libras octo.
Caſſiæ, ——— libras duas.
Pulveris Sennæ, ——— libras quatuor.
Aniſi,
Fœniculi, ——— ana libras duas.
Polypodii,
Glycyrrhizæ, ——— ana libram unam.

Fiat Electuarium ſeu opiata pro clyſteribus.

Ad alvum leniter ſubducendam inſervit ad uncias duas: emollit, flatus diſcutit.

Electuarium Diacatholicum.

Seu Confectio univerſalis Rhabarbaro duplicata.

℞ Polypodii querni contuſi, ——— libram unam.
Seminis fœniculi, ——— uncias quatuor.

Coque diu in aqua ſufficienti, in parte una colaturæ infunde per 24. horas ſuper cineres calidos

©BIU Santé

Rhei minutim effracti, —— —— uncias duas.
Cinamomi,
Santali citrini, —— ana drachmas duas.
In parte altera colaturæ diſſolve, & cola
Caſſonadæ optimæ, —— —— libras octo.
Coque in ſyrupum & amplius, adjiciendo ſub finem expreſſum Rhei infuſi: igne lento & benigno calore iterum fiat coctio ad ſyrupi craſſioris conſiſtentiam, ab igne remoto diſſolve, & miſce
Pulpæ Caſſiæ, &
Tamarindorum ſine humiditate trajectæ,
Pulveris Sennæ mundatæ, —— ana uncias octo.
Rhabarbari electi,
Polypodii querni mundati,
Florum *ſeu* ſeminum violarum mundator,
Seminum Aniſi, —— —— ana uncias quatuor.
quatuor frigidorum majorum, — unciam unam.
Glycyrrhizæ raſæ, —— — unciam ſemiſſem.
Compone Electuarium lege artis.

Electuarium iſtud acutis & peracutis morbis confert, jecinoroſis, lienoſis, arthriticis, tertianis, quotidianis febribus adverſatur, univerſos corporis humores blande & innocue educit, multiplicique uſu dyſentericis auxiliatur.

Electuarium Lenitivum. Pharm. Pariſienſis.

℞. Hordei decorticati,
Radicis Polypodii querni contuſæ,
Paſſularum enucleatarum, —— ana uncias duas.
Jujubas,
Sebeſten,
Pruna, —— —— — ana numero viginti.
Tamarindorum, —— —— uncias duas.
Foliorum Adianti, —— —— manipulum unum.
Mercurialis, —— manipulos duos.
Florum Violarum recentium, — manipulos quatuor.
Aut horum loco
Seminis Violarum, —— —— unciam unam.
Glycyrrhizæ raſæ & contuſæ, —— unciam unam.
Fiat decoctio in aquæ libris duodecim, dum ſeptem ſuperſint addendo ſub finem
Foliorum Orientalium mundatorum, —— uncias duas.
Seminis fœniculi dulcis, —— drachmas duas.
Colato librarum quatuor adde
Caſſonadæ optimæ, —— uncias triginta ſex.

©BIU Santé

Coque in ſyrupum, in quo diſſolve
Pulpæ Prunorum cum parte una decoctionis coctorum,
Tamarindorum ſine decocto trajectorum,
Caſſiæ ſine decocto pariter trajectæ, ana uncias ſex.
Pulveris Sennæ mundatæ, —— uncias quinque.
Seminis Aniſi, — drachmas duas & ſemiſſem.
Miſce fiat Electuarium.

Febribus ex humorum putredine natis, & pleuritidi medetur, alvum lubricam reddit, & utramque bilem innoxie ſubducit, pectoris ac renum morbis confert.

Diaprunum ſimplex, D. N, Alexand.

℞ Violarum recenter ſiccarum, —— —— unciam ſemiſſem.
Fiat decoctio in ſ. q. aquæ: in colatura coque in ſyrupi craſſitudinem.
Sacchari, —— —— —— —— libras duas.
Deinde Diſſolve
Pulpæ Prunorum Damaſcenorum, nigrorum, maturorum, coctorum, & trajectorum libram unam
Caſſiæ ſine humiditate trajectæ,
Tamarindorum etiam ſine humiditate traj. ana unc. unam.
Pulv. Santalorum citrini,
rubri,
Spodii ex ebore,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Semin. Portulacæ,
Intybi, *ſeu* Seriolæ,
Oxyacanthæ,
Succi Glycyrrhizæ,
G. Tragacanthi, —— —— ana drachmas duas.
Sem. quatuor frigid. majorum, —— ana drachmam unam.
Fiat Electuarium uſui neceſſario.

Diaprunum Compoſitum ſeu Solutivum.

℞ Diapruni ſimplicis ſupraſcripti adhuc calentis, uncias duodecim.
Cui adde
Scammonii Diagrydiati lævigati, —— unciam ſemiſſem.
Exquiſite miſceantur, piſtillo ligneo agitando, & fiat Electuarium è prunis ſolutivum.

Diaprunum ſimplex ventrem emollit, ac alvum lubricam reddit.

Diagrydiatum ſeu Diaprunum laxativum commendatur ad omnem febrium affectum, & præſertim ad morbos ex bile procreatos, quod ad unciam ſemiſſem exhiberi poterit, quatenus Scammonii grana duodecim in ea contineantur.

©BIU Santé

Electuarium Diaphœnicum. Meſues, Amſtelr.

℞. Dactylorum fulvorum externâ cute & nucleis oſſeis repurgatorum in aceto triduò maceratorum & per ſetaceum trajectorum —— —— —— uncias duodecim.
Turbith albiſſimi, —— —— —— uncias quatuor.
Amygdalarum dulcium excorticatarum, —— —— uncias tres.
Scammonii præparati, —— unciam unam & ſemiſſem.
Cinamomi,
Foliorum Rutæ ſiccorum,
Galangæ tenuioris,
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi,
Zingiberis,
Seminum Aniſi,
Dauci,
Fœniculi, —— —— —— ana drachmas duas.
Mellis ſoluti, deſpumati, & cocti, —— uncias viginti quatuor.
Probe omnia trita & trajecta excipiantur in electuarium.
Leniter bilem, ac pituitam lentam ſcilicet ac crudam purgat, ob id ſuccurrit febribus complexis & diuturnis, doloribus ventriculi, uteri & inteſtinorum, atque etiam intemperiei harum partium frigidæ.

Confectio Hamech major. Meſues Lugd.

℞. Paſſularum mundatarum, —— libram ſemiſſem.
Pruna dulcia nucleis detractis, —— —— n. ſexaginta.
Myrobalanorum Citrinarum,
Chebularum,
Indarum, —— ana uncias duas.
Polypodii querni inciſi & contuſi, —— drachmas octodecim.
Seminis Aniſi,
Fœniculi, —— ana drachmas ſex.
Foliorum Abſinthii vulgaris,
Sennæ Orientalis,
Summitatum Thymi, —— ana unciam unam.
Fiat omnium decoctio mediocris, ex ollâ fictili vitreatâ, operculatâ ſtricti orificii, in
Seri lactis Caprilli vel Vaccini probe defæcati, lib. novem vel q.ſ.
Remotâ ab igne, digeſtioni committantur ſupra cineres calentes per horas 24. materiam ex intervallis agitando. Seorſim autem

©BIU Santé

℞. Agarici,
Colochyntidis minutim inciſæ, ana drachmas octodecim.
Epithymi,
Rhabarbari electi taleolatim inciſi, — ana uncias duas.
Seminis Violarum, —— drachmas quindecim.
Roſarum rubrarum, ——— — drachmas ſex.

Fiat omnium infuſio ex ollâ conveniente ad calorem blandum cinerum per horas viginti quatuor, in
Seri lactis caprilli vel vaccini defæcati, —— libras tres.
Succi fumariæ depurati, ——— libram unam.

Poſtridie fac ut decoctum primum denuo ebulliat materiam ſubinde agitando: tum coletur, & exprimatur valide: expreſſio in infuſionem ſecundo loco deſcriptam, quæ interim calefacta fuerit; ſitque jam in procinctu ad bulliendum, effundatur tota: ſicque ſimul permixtæ detineantur in eodem calore per horam unam aut alteram, & poſt levem ebullitionem colentur, & exprimantur fortiter: materiæ ſeu liquori per inclinationem & reſidentiam abſtracto, adde
Caſſonadæ optimæ, ——— libram unam & ſemiſſem.

Coquatur ſimul in ſyrupi ſeu extracti conſiſtentiam cui ſenſim permiſceantur
Pupæ Tamarindorum per ſe trajectorum, — uncias quinque.
Caſſiæ ſine decocto etiam extractæ, — uncias quatuor.
Mannæ Calabrini, —— —— uncias duas.

Porro ubi parum refrixerint, adjice demum pulverem ſequentem ſubtiliſſime tritum
Scammonii, —— unciam unam & ſemiſſem.
Myrabolanorum citrinarum,
Chebularum,
Indarum, —— unciam ſemiſſem.
Bellericarum,
Emblicarum,
Rhabarbari optimi,
Seminum Fumariæ, —— ana drachmas tres.
Aniſi,
Spicæ Nardi, —— ——— ana drachmas duas.

Miſce fiat Electuarium ut artis eſt.

Utramque bilem pituitamque ſalſam purgat, ob id affectibus inde natis, Impertigini, Scabiei, Elephantiaſi, Lepræ, Cancro exedenti, aduſtis humoribus & melancholicis, morbo demum venereo optime conducit.

Electuarium

©BIU Santé

Electuarium de Pſyllio Meſ.

℞. Succorum depuratorum Bugloſſi,
Borraginis,
Endiviæ,
Apii, —— ana libras duas.
Fumariæ, —— uncias tres.
Miſce, & per diem in his macera
Foliorum Sennæ, —— —— unciam unam.
Aniſi,
Aſari,
Cuſcutæ, —— —— ana unciam ſemiſſem.
Adianti albi, —— —— manipulum unum.
Spicæ nardi, —— —— drachmas duas.
Semel & ſimul ferveſiant omnia, quibus præterea adde
Violarum viridium vel ſiccarum, —— uncias tres.
Epithymi, —— —— uncias duas.
Parum denuo bulliant, poſtea colentur, colaturæ adde, & macera per 24. horas
Seminis Pſyllii integri, —— —— uncias tres.
Sæpe ſæpius agitetur mixtura, poſt exprime totam mucilaginem, in qua coque igne lento ad ſyrupi craſſitiem
Sacchari vel Caſſonadæ, —— —— libras tres.
Tum injice pulverem ſequentem
Diagrydii, —— —— uncias tres.
Roſarum rubrarum, —— —— unciam unam.
Rhei optimi,
Glycyrihizæ,
Spodii ex Ebore, —— —— ana unciam ſemiſſem.
Sem. Oxyacanthæ, —— —— drachmas duas.
Portulacæ,
Citrulli,
Aniſi,
Papaveris albi,
Tragacanthi,
Maſtiches, —— —— ana drachmam unam.
Fiat Electuarium ſecundum artem.
Febribus ſolutu contumacibus, acutis & ardentibus, cephalalgiæ, vertigini à bilis vapore naſcenti, ictero & intemperiei calidæ hepatis confert, utramque bilem purgat ad unciam ſemiſſem.

©BIU Santé

Opiata meſenterica laxativa. Pariſienſ. Medicorum.

℞. Aquilæ albæ,
Diaphoretici mineralis, —— ana drachmas duas.
Diagrydii,
Salis Abſinthii,
Tamaraſci, —— —— ana drachmas tres.
Martis,
G. Ammoniaci aceto Scillitico præparati, ana unciam ſemiſſem.
Foliorum Orientalium mundatorum, —— drachmas ſex.

Fiat pulvis qui excipiatur Ammoniaco ſupradicto & ſyrup. Regis Saporis q. ſ. ad conſiſtentiam debitam opiatæ.

Infarctus & ſchyrros hepatis, lienis, meſenterii cum ſucceſſu purgando aperit, & reſolvit, ad drachmas tres.

ARTICULUS TERTIUS.

DE ELECTUARIIS LAXATIVIS SOLIDIS.

Electuarium Diacarthami Arn. Villanovani Pharm. Amſtel.

℞. Medullæ ſeminum Carthami,
Turbith gummoſi, — — ana unciam unam.
Hermodactylorum,
Scammonii præparati,
Glycyrrhizæ raſæ, —— ana unciam ſemiſſem.
Zingiberis,
Cinamomi, —— —— ana drachmas duas.
Mannæ,
Mellis Roſacei, —— —— ana unciam unam.
Sacchari albi aquâ ſoluti, —— libram unam.

Fiant Tabellæ ponderis drachmarum trium vel unciæ ſemiſſis pro doſi.

Pituitam, ſeroſoſque humores atque etiam bilem, è diſtantiſſimis evocat: capitis, nervorum, articulorumque doloribus peculiariter auxiliatur.

Electuarium de Citro ſolutivum. Pharm. Pariſ.

℞. Zingiberis, —— —— drachmam ſemiſſem.
Aniſi,
Santali citrini, —— ana ſcrupulum unum.
Rhei electi, —— drachmas duas & ſemiſſem.

©BIU Santé

Corticis Citri conditi,
Conſervæ florum Violarum,
Bugloſſi,
Pulver. Diatragacanthi frigidi recens parati,
Scammonii crudi, ——— ——— ana unciam ſemiſſem.
Turpethi, ——— ——— ——— drachmas quinque.
Folior. Sennæ, ——— ——— — drachmas ſex.
Sacchari optimi aqua Bugloſſi ſoluti, & ex arte cocti, unc. decem.
Fiat Electuarium ſolidum in tabellas ponderis drachmarum trium, vel quatuor pro, doſi.

Citra noxam ab articulis utramque bilem & pituitam eliminat, ventriculum & reliqua viſcera purgando roborat, flatus diſcutit, tertianis febribus confert.

Electuarium de ſucco Roſarum. N. Alexand.

Pharm. Amſtelr. Gandav.

℞ Succi Roſarum pallidarum depurati,
Sacchari albi, ——— — ——— ana libram unam.
Diagrydii,
Santali citrini, ——— ana unciam unam & ſemiſſem.
rubri, ——— ——— ——— drachmas ſex.
Spodii ex Ebore, ——— ——— drachmas tres.
Caphuræ, ——— — ——— ſcrupulum unum.

Thecnice fiant tabellæ.

Bilem flavam purgat ſine moleſtia, ad morbos articulorum à calidis humoribus ortos, & ad febres tertianas datur.

Tabellæ contra Vermes laxativæ.

℞ Corticis citri ſicci pulveriſati, ——— drachmam unam.
Mercurii dulcificati, ——— ——— drachmas tres.
Scammonii Glycyrrhizati, ——— unciam ſemiſſem.
Sacchari albi pulveriſati, ——— uncias octo.

Miſce & excipe cum albumine ovi aqua Roſarum vel naphæ agitato, q.ſ. compone tabellas ſumendas mane jejuno ventriculo, pondo drachmæ ſemis pro infantibus, & drachmæ unius pro adultis.

A titulo virtus ita innoteſcit, ut ulteriori explicatione non indigeat.

©BIU Santé

ARTICULUS QUARTUS.

DE HIERIS.

Hiera picra ſimplex Galeni.

℞ Cinamomi ſelecti,
Xylobalſami vel Macis,
Aſari,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Maſtiches, —— —— ana drachmas ſex.
Aloës non lotæ, drachmas centum ſeu unc. duodecim & ſem.
Mellis, —— —— libras tres & uncias quatuor.

Contra Iliacos putreſque humores in ventriculi Inteſtinorumque tunicis cæſpitantes; mulieribus etiam, quæ non probe purgantur, ſicut & iis qui vermes in inteſtinis habent, exhibeatur hæc confectio.

Hiera Diacolocynthidos Pachii. Pharmacop. Pariſienſis.

℞ Stœchados Arabicæ,
Marrubii, *ſeu* Praſſii albi,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthidos, —— ana drachmas decem.
Scammonii,
Ellebori nigri, —— —— ana drachmas ſex.
Caſtorei, —— —— —— drachmas tres.
Opopanacis,
Sagapeni,
Seminis Petroſelini,
Ariſtolochiæ rotundæ
Piperis albi, —— ana drachmas quinque.
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci, —— —— ana drachmas quatuor.
Mellis optimi deſpumati & cocti, lib. duas cum unciis duodecim

Fiat ex arte pulvis & mixtura.

Omnibus capitis morbis, ſoporiferis, epilepticis, apoplecticis feliciter ſubvenit. Menſes movet, vermes necat.

Utraque ad unciam unam feliciter in enematis: aliquando cum pane azimo ad unciam ſemiſſem interius uſurpari poteſt.

©BIU Santé

SECTIO QUINTA.

De Pilulis.

Pilulæ de Agarico Meſuës.

℞. Turbith optimi, —— —— drachmas quinque.
Pulveris Hieræ picræ ſimplicis, —— drachmas quatuor.
Agarici albiſſimi, — —— — drachmas tres.
Colocynthidis &,
Sarcocollæ, —— ana drachmas duas.
Rad. Ireos,
Praſſii albi,
Myrrhæ, —— ana drachmam unam.
Cum Oinomelite compone maſſam.

Thoracem à pituita craſſa purgant, ob id antiquæ tuſſi & aſthmati, aliiſque thoracis vitiis, à craſſis & pituitoſis humoribus ortis auxiliantur. à ſcrupulo ad quatuor poſſunt exhiberi.

Pilulæ de Aloë inſuccata. Bruxell.

℞. Aloës ſocotrinæ pulveriſatæ, —— libram unam vel q. v. Reponatur in paropſide figulina vitreata, ſuperaffunde ſucci Roſarum pallidarum depurati vel Violarum libras duas, ut fiat inſtar pultis ſolidioris, tum in ſole vel ſuper cineres calidos exſiccentur, & hoc tertio iteretur. Maſſa in veſica bubula olei Amygdalarum dulcium oblinita reſervetur ad uſum.

Adſtrictam alvum ſolvunt, humorum putredinem arcent, ventriculi cruditates abſumunt.

Pilulæ Angelicæ.

℞. Succorum depuratorum Cichorii,
Borraginis,
Bugloſſi,
Fumariæ,
Lupuli, —— ana uncias quatuor.
Roſarum pallidarum, — libram unam.
In his ad ſolem per tres dies affunde, & macera
Rhei electi minutim effracti, —— —— unciam unam.
Santali citrini, —— drachmas duas.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 120 sur 262

©BIU Santé

Poſtea fiat colatura, in qua diſſolve
Aloës optime pulveriſatæ, —————— libras duas.
Inſolentur per dies Caniculares quotidie ſpatulâ ligneâ movendo, donec maſſæ pilularum conſiſtentiam acquirant.
Ad capitis dolores, ad ventriculi coctionem juvandam, & alvum leniter ſubducendam mirum in modum conveniunt: ad ſcrupulum unum.

Pilulæ Aureæ N. Alexand.

℞. Stœchadis Arabicæ,
Aloës ſocotrinæ, *ſeu* optimæ,
Diagrydii *ſeu* ſcammonii præparati, — ana drachmas quinque.
Roſarum rubrarum,
Seminum Apii,
Aniſi &
Fœniculi, —— ana drachmam unam & ſemiſſem.
Pulveris Hieræ picræ,
Croci,
Colocynthidis, —— —— ana drachmam unam.
Cum Syrupo ex decoctione ſtœchadis formetur maſſa.
Caput expurgant, ſenſuſque omnes præcipue oculos, hiſque aciem reſtituunt, flatus ventriculi & inteſtinorum diſſolvunt, ac citra moleſtiam alvum dejiciunt.

Pilulæ Ruffi ſeu communes.

℞. Aloës electæ, —— —— uncias duas.
Myrrhæ optimæ, —— —— unciam unam.
Croci, —— —— —— unciam ſemiſſem.
Cum oinomelite optimo, fiat maſſa mollis.
Menſtruo & conſiſtentiâ ab Elixirio proprietatis Paracelſi differunt.
Stomachum à ſordibus vindicant, peſtis arcent contagia, qua ratione humores corpuſque à putredine liberant.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo. N. Salern.

℞. Aloës optimæ, —— —— drachmas quatuor decim.
Scammonii, —————— drachmas ſex cum ſemiſſe.
Myrobalanorum Bellericarum,
Citrinarum,
Chebularum,
Emblicarum,
Indarum,
Rhabarbari electi,

©BIU Santé

Maſtiches,
Abſinthii vulgaris,
Roſarum rubrarum,
Sem. vel florum violarum,
Sennæ mundatæ,
Agarici trochiſcati,
Seminis Cuſcutæ, ——— ——— ana drachmam unam.

Cum ſyrupo ex ſucco fœniculi concinnato forma maſſam.

Efficaciſſimæ ſunt hæ pilulæ ad purgandos omnes humores partium ſuperiorum, quo nomine ſuffuſionibus, oculorum caliginibus, ac viſui conferunt, aurium dolorem ſanant, iliacos denique juvant. Doſis erit drachma una.

Si quis Mercurium cum Terebinthina extinctum addiderit, mercuriales poterunt nominari, & vice infra deſcriptarum ſubſtitui.

Pilulæ Mercuriales.

℞. Turbith gummoſi,
Hermodactylorum,
Aloës Socotrinæ,
Scammonii præparati,
Mercurii crudi, ——— ——— ana unciam ſemiſſem.
Agarici trochiſcati,
Trochiſcorum Alhaudal, ——— ana drachmas duas.
Pulveris Diamargariti frigidi, ——— drachmam unam.
Confectionis Alkermes, ——— drachmas duas.

Cum Terebinthinæ Venetæ q. ſ. ad extinctionem mercurii & mixturam, concilietur maſſa pilularum.

Ad omnes morbos ex venere ortos, maxime conferunt, à ſcrupulo uno ad quatuor habitâ ratione temperamenti, ætatis & ſ.

Pilulæ ſtomachicæ. ſeu ante cibum. Meſ.

℞. Aloës lucidæ, ——— ——— ——— drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum rubrarum, ——— ——— ana drachmas duas.

Cum ſyrupo Abſinthite compone maſſam.

Ventriculum firmant, coctionem juvant, appetitumque excitant, humores noxios in eo contentos evacuando.

©BIU Santé

SECTIO SEXTA.

De Trochiſcis.

ARTICULUS PRIMUS.

DE TROCHISCIS LAXATIVIS.

Trochiſci de Agarico. Pharm. Pariſ.

℞. Agarici comminuti ferri albi laminâ tenui curvatâ foraminibus multis exaſperatâ, poſtea per incerniculum tranſmiſſi, — — — uncias duas.
Salis Gemmei, — — drachmam unam.

Macerentur cum vino albo generoſo medicato, & fiant trochiſci, qui ſiccati pulverentur, & denuo eodem vino excipiantur, & in trochiſcos redigantur. Vinum autem medicatum parabitur in hunc modum.

℞. Zingiberis parum triti, — — unciam ſemiſſem.
Infunde in unciis octo vini albi generoſi per 24. horarum ſpatium in vaſe oris anguſti rite obturati.

Agaricus hac ratione ab adhærentibus multis inutilibus particulis liberatus, utiliori titulo uſurpatur, & viribus augetur.

Agaricus ſic præparatus confert antiquis capitis doloribus, viſcerum obſtructionibus à craſſa tenui & pituitoſa materia, mulierum matrices expurgat.

Trochiſci de Colocynthide, vulgò Alhandal.

℞. Pulpæ Colocynthidos albæ, levis & à ſeminibus repurgatæ, — — uncias quatuor vel q. v.
Incidatur forcipe ut decet, poſtea manibus cum olei Amygdalarum dulcium q. ſ. fricetur, dein teratur in mortario, donec in pulverem tenuiſſimum redigatur, qui excipiatur ſufficienti quantitate mucilaginis gummi Tragacanthi, vel Arabici aqua Roſarum extractæ, formentur Trochiſci parvi qui in umbra ſiccati, rurſus in tenuiſſimum pollinem reducantur, & cum eadem mucilagine fiant rurſus trochiſci, qui ſiccati tertio pulverentur, & ſimiliter in trochiſcos redigantur uſui ſervandos.

Pituitam

©BIU Santé

Pituitam & humores craſſos glutinoſos è profundis longeque diſtantibus juncturis extrahunt, quo nomine in cephalalgia, hemicrania, apoplexia, epilepſia, vertigini, morbis iſchiadicis, articularibus uſurpantur, & ad grana decem utiliter poſſunt exhiberi.

Uſus noſter huc uſque obtinuit, ut in ſingulis compoſitis Pharmaceuticis colocynthidem deſiderantibus, pro cruda colocynthide, Trochiſcos hos Alhandal dictos curioſe elaboratos ſubſtituamus.

ARTICULUS SECUNDUS.

DE TROCHISCIS ALTERANTIBUS.

Trochiſci albi Rhaſis.

℞. Ceruſæ Venetæ præparatæ, ——— — drachmas decem.
Sarcocollæ craſſioris præparatæ, ——— drachmas tres.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthi, ——— ana drachmam unam.
Caphuræ, ——— ——— drachmam ſemiſſem.

Singula per ſe trita & mixta lacte muliebri excipiantur, & formentur trochiſci parvi, qui ſiccati reponantur uſui.

Uendi tempore admiſcebitur opium, pro Medici prudentia.

Plurimis ægritudinibus conveniunt: inflammationem & dolorem temperant, fluxionem ſiſtunt: tum oculorum, collyriis; tum veſicæ, injectionibus: modo ſcrupulus unus unciis quatuor liquoris conveniencis miſceantur.

Trochiſci de Caphura N. Myrepſi.

℞. Caphuræ, ——— ——— drachmam ſemiſſem.
Croci, ——— ——— ——— drachmas duas.
Amyli præparati, ——— ——— drachmas tres.
Roſarum rubrarum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Spodii, ——— ——— ——— ana unciam ſemiſſem.
Seminis Portulacæ,
Glycyrrhizæ raſæ, ——— ——— ——— ana unciam unam.

Cum mucilagine ſeminis Pſyllii ex aqua Roſarum extracta fiant paſtilli, qui in umbra ſiccati, ſerventur.

Ad febres ardentes & ſanguinis fluorem, ventriculi & hepatis intemperiem calidam, ad ſitim & icterum utiliter adhibentur.

O

©BIU Santé

Trochiſci de Capparibus Meſue.

℞. Corticis radicum Capparis,
Seminis Agni caſti, *ſeu* Viticis, —— ana drachmas ſex.
G. Ammoniaci electi, —— unciam ſemiſſem.
Seminum Nigellæ,
Naſturtii,
Calaminthes montanæ,
Acori veri,
Foliorum Rutæ,
Scolopendrii,
Cyperi,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Amygdalarum amararum à cortice mundatarum, ana drac. duas.

Cum ſucco Eupatorii ad mellaginem inſpiſſati, fiant ex arte Trochiſci.

Lienis & hepatis obſtructiones, flatus hypochondriacos ſolvunt, lienis præcipue duritiem emolliunt.

Trochiſci Gordonii.

℞. Seminum Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonis,
Papaveris albi,
Malvæ,
Goſſipii *vulgò* Bombacis,
Portulacæ,
Coroneorum &
Myrthillorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Nucleorũ Pineorum mundatorum,
Piſtaciorum,
Sacchari Penidii,
Chryſtallini,
Glycyrrhizæ,
Hordei mundati,
Amygdalarum dulcium mundatarum, — ana drachmas duas.
Boli Armeniæ,
Sanguinis Draconis,
Spodii Arabum,

©BIU Santé

Roſarum rubrarum,
Myrrhæ, ——— ——— ana unciam ſemiſſem.

Mucilagine ſeminis Pſyllii excipiantur, fingantur paſtilli, & reponantur uſui.

Utriuſque ſexus renum exulcerationes ſanant, ſanguinis mictum inhibent, diabeti & gonorrhææ conferunt, ac ſtranguriam levant: vitiis quoque pulmonum medentur, vel in lacte, vel hydromelite ſimplici, ad drachmas duas.

Trochiſci de Karabe Meſ.

℞. Succini, id eſt Karabe, ——— ——— unciam unam.
Cornu Cervi uſti,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Laccæ præparatæ,
Acaciæ veræ,
Hypociſtidis,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Coralii rubri,
Sem. Papaveris albi, ——— ——— ana ſcrupulos octo.
Thuris,
Croci,
Opii præparati, ——— ——— ana ſcrupulos duos.

Cum mucilagine ſeminis Pſyllii in aqua plantaginis extracta, fiant ex arte trochiſci in umbra ſiccandi.

Sanguinem undequaque emanantem ſiſtunt ac ſupprimunt.

Trochiſci de Myrrha. Pharm. Pariſ.

℞. Myrrhæ optimæ, ——— ——— unciam ſemiſſem.
Lupinorum tenuiſſime tritorum, ——— ——— drachmas tres.
Foliorum Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegii,
Radicis Rubiæ tinctorum,
Seminis Petroſelini Macedonici,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ——— ——— ana drachmas duas.

Cum ſucco Artemiſiæ liquentur gummi, coquantur ad conſiſtentiam debitam & formentur Trochiſci.

Menſes, partum & ſecundinas movent, excitant & purgant.

©BIU Santé

ARTICULUS SECUNDUS.

DE TROCHISCIS ANTIDOTARIIS.

Trochiſci Viperini. D. Andromachi.

Coque cum ſale pauco & aquâ (Anetho ſi libuerit pro dignitate authoris) viperas cum jecoribus & cordibus, prius detractâ cute, exemptis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, donec caro ab oſſibus vel ſpinis ſeparari queat: poſtea pone in alembico vitreo ſuo capitello munito, MB. calore humiditatem evapora uſque ad ſpiſſitudinem ſeu gelatinam quandam (aquâ quæ prodit ſtudioſe ſeorſim aſſervatâ) carnem illam humidam tere in mortario marmoreo piſtillo ligneo, addendo ſenſim eam medullæ panis triticei puriſſimi biſcoctæ, tritæ quantitatem, quæ ſufficere poſſit ad maſſam tenacem efficiendam, ita ut nulla viperinæ carnis particula non contuſa & permixta appareat. Formentur poſtmodum Trochiſci artiſtæ ſigillo notandi, qui inungantur Opobalſamo, vel oleo Nucis moſchatæ per expreſſionem elicito: ſiccentur poſtea ſuper cribrum inverſum, in loco libero ventoque perflabili, ſæpe eos vertendo, donec probe exſiccati fuerint. Deinde in pyxidem vitream aut figulinam vitreatam bene obturatam reponantur. Horum virtus durat per annum integrum, tamen longe melius fuerit poſt quam eos confeceris, Theriacam adornare.

Aqua prolecta ſeorſim ſervetur : vel cum liquore qui prodiit ex deſtillatione ſalis volatilis miſceatur ad uſus.

Caput cum cauda, cute & interaneis exſiccatum pro extractione ſalis volatilis ; adeps fuſus pro emplaſtro de Ranis ſeparatim ſerventur.

Cutaneis morbis, viperarum & aliorum animalium venenatorum morſibus, morbis contagioſis, peſtilentialibus, malignis, variolis, morbillis conveniunt : Elephantiaticos juvant. Iteratis vicibus vel in juſculis vel in liquore convenienti, ſcrupulus unus ſalubriter exhiberi poteſt.

Trochiſci de Scilla D. Andromachi.

℞. Scillæ aſſatæ, —— —— —— uncias duodecim.
Farinæ Orobi albi, —— —— —— uncias octo.

Forma Trochiſcos, qui in umbra ſiccati pro Theriaces confectione reſerventur.

Si ad furnum Scillæ Orobi paſtâ involutæ ad coquendum reponantur, & laminæ ab omni ſorde & paſta mundatæ per cribrum ſetaceum trajiciantur, nec ſoli exſiccandæ exponantur, majorem atque Theriacali confectioni neceſſariam vim, obtinebunt.

©BIU Santé

Magma Hedycroi. D. Andromachi.

℞. Maſtiches, ——— ——— ſcrupulum unum.
Mari,
Amaraci,
Aſpalathi,
Aſari, ——— ——— ——— ana ſcrupulos duos.
Schœnanthi,
Calami aromatici, *vel* Acori veri,
Coſti,
Phu pontici, *vel* rad. Valerianæ majoris,
Xylobalſami,
Opobalſami,
Cinamomi, ——— ——— ana drachmam unam.
Myrrhæ electæ,
Folii Indi, *ſeu* Malabatri,
Croci,
Spicæ, Nardi,
Caſſiæ ligneæ, ——— ——— ana drachmas duas.
Amomi *vel* Galangæ, ——— ——— unciam ſemiſſem.

Cum Opobalſamo & vino Hiſpanico pulvis excipiatur, fingantur poſtea Trochiſci.

Trochiſci Cypheos Damocratis.

℞. Uvæ paſſæ pinguiſſimæ à cortice tenui, & ab acinis probe repurgatæ,
Terebinthinæ puræ, ana ſcrupulos octo cum granis octodecim.
Myrrhæ optimæ & ſelectæ,
Schœnanthos, ——— ana ſcrupulos duos cum novem granis.
Cinamomi, ——— ——— ——— grana ſexdecim.
Calami aromatici, — ſcrupulum unum cum gr. ſeptemdecim.
Bdellii lacrymæ,
Spicæ nardi,
Caſſiæ ligneæ aromaticæ,
Cyperi,
Baccarum Juniperi pinguium, ——— ana grana duodecim.
Aſpalathi, ——— ——— grana undecim.
Croci optimi, ——— ——— — grana quatuor.

Cum Uvis & Terebinthina ſupra notatis, & pauco vino ſi opus ſit, forma maſſam.

Quod ut fiat utilius & commodius, hi Trochiſci diſpenſentur quando

©BIU Santé

conficietur Mithridatium, quo tempore ſpecies enumeratæ cum Mithridaticis erunt miſcendæ & conterendæ, abſque eo quod in trochiſcos conformentur. obſervandum hoc etiam erit de Magmate Hedycroi, & de Trochiſcis de Scilla ſupra ſcriptis: aſſervatio enim horum quatuor ſupradictorum trochiſcorum inutilis foret poſt Theriaces & Mithridatii confectionem, cum nobis aliis uſibus haud inſerviant.

ARTICULUS TERTIUS.

DE TROCHISCIS BECHICIS.

Trochiſci Bechici albi.

℞. Sacchari albiſſimi pulverati, —— libras quinque.
Amyli præparati, —— libram unam.
Ireos florentinæ, —— unciam unam.
Glycyrrhizæ raſæ, —— uncias tres.
Ambari &
Moſchi, —— grana quatuor.

Ex albuminibus ovorum cum aquâ Naphæ agitatis fiat maſſa ſolidior, ex qua faſtigiantur particulæ in parvos cylindros, rotulas, morſellos, pyramides vel alias figuras ad uſum.

Pro varia ægrotantis neceſſitudine Trochiſcos alios Doctor Medicus præſcribet; quorum etiam omittere poteris odoramenta.

Succus glycyrrhizæ gummatus Bleſenſium.

℞. Gummi Arabici craſſiuſcule pulveriſati, —— libras ſex.
Caſſonadæ, —— libras tres.
Glycyrrhizæ ſiccæ & contuſæ, —— libras duas.

Sic progredere. Glycyrrhiza ſicca contuſa infundatur frigide per 24. horas in xxx. libris aquæ fontanæ, colaturam divide in tres partes: in quarum duabus diſſolves igne lento gummi, trajiciesque propter ſordes per cribrum ſetaceum. Poſtea accipies & pones mediam partem illius quæ eſt gummata ſuper ignem in lebete ſeu cacabo æneo, & affundes identidem libram unam decoctionis gummatæ, & totidem decoctionis ſuperſtitis de glycyrrhiza, & ſic progredere adeo ut invicem commiſceantur, & coquantur, addendo ſub finem Caſſonadam in parte alterâ decoctionis gummatæ diſſolutam & trajectam: iterum appones ad ignem carbonum, ut facile & ſenſim coquantur, ſæpe ſæpius agitando ne urantur, vel in grumos abeant; quod ne contingat ab igne removeantur per aliquot temporis ſpatium: poſtea iterum ad ignem repone ad debi-

©BIU Santé

eam coctionem , quam explorabis , ſi maſſa prius frigefacta tabulis & manibus oleo Amygdalino inunctis inſtar Emplaſtri non adhæreat : quo facto in catinum eam calide injice , & repone uſque ad diem ſequentem , poſtea pelliculam ſupernatantem (quæ ſpuma eſt) aufferes , & huc & illuc partem aliquam maſſæ volves & expandes facillime ad modum bacillorum , modo tabula & manus (ut dictum eſt ,) oleo amygdalarum ſint illinitæ : aëri calido & ſicco denique expones , contrectabis & convolves quotidie , uſque ad perfectam ſiccitatem. Iſti autem bacilli debent eſſe plani , longi , extenſi , pellucidi , & nigricantes.

Tuſſi ſiccæ à materia acri & calida profectæ conferunt , guttur ac fauces leniunt , difficileſque excreationes promovent.

Pro libitu in ore continentur.

©BIU Santé

SECTIO SEPTIMA.

De Pulveribus ſeu de Speciebus.

ARTICULUS PRIMUS.

De Pulveribus ſimplicibus.

UT præſto ſint artifici, in parvâ quantitate, & in vaſibus vitreis ritè coopertis ſeparatim extabunt in officinis pulveres ſequentes.

Æruginis,
Aniſi,
Arabici gummi,
Ariſtolochiæ,
Betonicæ,
Ceruſæ,
Croci,
Ellebori albi,
Glycyrrhizæ,
Jalapii,
Ireos,
Liliorum convallium,
Lithargyri,
Maſtiches,
Piperis, — { albi, nigri.
Rhabarbari,
Scammonii,
Sennæ,
Staphidis agriæ,
Tabaci,
Thuris,
Tragacanthi,

ARTICULUS

©BIU Santé

ARTICULUS SECUNDUS.

DE PULVERIBUS SEU SPECIEBUS Alterantibus & Aromaticis.

Pulvis Diaireos ſimplex, Præpoſiti.

℞. Iridis Florentinæ, — — unciam ſemiſſem.
Pulveris Diatragacanthi frigidi,
Sacchari cryſtallini, — — utriuſque drachmas duas.

Fiat pulvis uſui reponendus vel excipiendus ſacchari albiſſimi q. ſ. aquâ Tuſſilaginis vel Scabioſæ ſoluti & coctì in tabellas.

Ad omnem in fauces deſtillationem, idque initio nondum invaleſcente impetu feliciter adhibetur.

Diamargaritum frigidum, Pariſ.

℞. Margaritarum electarum, — — drachmas tres.
Santali Citrini, — — — drachmas duas.
rubri,
Semin. Endiviæ,
Portulacæ,
Papaveris albi,
Citri mundati,
Florum Roſarum rubrarum ab unguibus expurgatarum,
Nymphææ,
Bugloſſi,
Borraginis,
Violarum,
Raſuræ Eboris,
Cornu Cervi,
Baccar. Myrti,
Ligni—Aloës, — — — ana drachmam unam.
Radicũ Tormentillæ,
Diptamni,
Tunicis,
Scabioſæ,
Coralii albi &
rubri,
Terræ Lemniæ, — — ana drachmam ſemiſſem.
Ambari, — — — grana ſex.
Moſchi, — — — — grana duo.

P

©BIU Santé

Fiat omnium pulvis, & miſce: cujus media pars ſine moſcho & ambaro, ſicut in aliis ſequentibus ſpeciebus ſeparatim ſervabitur, tum ad uſum mulierum, quæ uterinis ſuffocationibus ſunt obnoxiæ, tum etiam propter delicatiores qui non ferunt odorum ſuavitatem & fragrantiam. Caphura propter ingratum ſaporem, & quatuor ſemina majora propter viſciditatem hic datâ operâ omittuntur, ſicut & in aliis ſpeciebus in quibus deſiderantur, ne corrumpant, & corrumpantur. Iis enim utendi dumtaxat tempore permiſceri poſſunt.

Omnem virium proſtrationem impedit, aſthmaticos, tabidos, longo morbo extenuatos, & imbecillitate languentes reficit.

Pulverum cordialium drachma una in potionibus cardiacis feliciter exhibetur. In ſpeciminibus vero noſtris, uncia ſemis ſacchari albiſſimi aquâ Roſarum ſoluti & coctı unciis ſex excipitur, ad tabellas efformandas.

Pulvis Diambræ. Meſ.

℞ Cinamomi, ——— ——— ——— drachmas quatuor.
Doronici *ſeu* Angelicæ,
Macis,
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Folii Indi *ſeu* Malabatri,
Galangæ tenuioris, ——— ——— ana drachmas tres.
Santali citrini,
Ligni Aloës,
Piperis longi, ——— ——— ——— ana drachmas duas.
Zingiberis, ——— ——— drachmam unam & ſemiſſem.
Cardamomi majoris,
minoris, ——— ——— ana drachmam unam.
Ambari griſei, ——— ——— ſcrupulos quatuor.
Moſchi, ——— ——— ——— drachmam ſemiſſem.

Fiat omnium pulvis, cujus tamen portio ſervetur ſine moſcho & ambaro.

Ad omnem corporis imbecillitatem & noxam à frigida cauſa efficax eſt, viſcera omnia calefacit & roborat, vertiginem amovet, cerebri humiditates abſumit.

Pulvis Sternutatorius ſeu Cephalicus.

℞ Maioranæ,
Rad Pæoniæ, ——— ——— ——— ana unciam unam.
Foliorum Betonicæ, ——— ——— uncias duas.
Florum Liliorum convallium,
Dracunculi pratenſis,
Radicis Pyretri, ——— ——— ana unciam ſemiſſem.

©BIU Santé

Fiat Pulvis.

A denominatione virtus cognoſcitur.

Pulvis Diarhodon Abbatis. N. Præpoſiti.

℞. Roſarum rubrarum ab unguib. mundatarum, drachmas undecim.
Santali citrini,
rubri, ——— ——— drachmas duas & ſemiſſem.
Gummi Tragacanthi,
Arabici,
Cinamomi,
Spodii ex Ebore, ——— ——— ana ſcrupulos duos.
Aſari,
Maſtiches,
Cardamomi,
Succi Glycyrrhizæ,
Croci,
Xyloaloes,
Caryophyllorum,
Rhabarbari vel potius Rhapontici,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Baſiliconis,
Berberis,
Scariolæ,
Portulacæ,
Papaveris albi, ——— ——— ana ſcrupulum unum.
Margaritarum,
Oſſis è corde Cervi, ——— ——— ana ſcrupulum ſemiſſem.
Moſchi, ——— ——— ——— grana ſex.
Ambari ciner itii, ——— — ——— grana octo.

Ex arte fiat pulvis, cujus portio, ut jam notatum eſt, ſine moſcho & ambaro ſervetur.

Ventriculum & jecur roborat, appetitum excitat, flatus diſcutit, ructus cedat, habitum temperat & ſuaviorem reddit, coctionem juvat.

Pulvis Dia-Santalon. Pharm. Pariſ.

℞. Santali citrini, ——— ——— drachmas ſex.
rubri,
Roſarum rubrarum ab unguibus expurgatarum, ana drac. tres
Rhei electi,
Eboris uſti, *ſeu* Spodii,
Succi glycyrrhizæ,

©BIU Santé

Seminum Portulacæ,
Intybi, ——— ——— ana drachmas duas.
Fiat omnium Pulvis.
Intemperiem jecoris calidam corrigit, ejuſque obſtructionem levat, ictericiam ſanat.

Pulvis Diatragacanthi frigidi. N. Alexand.

℞. Penidiorum, ——— ——— ——— uncias tres.
Gummi Tragacanthi albiſſimi, ——— ——— uncias duas.
Arabici, ——— ——— drachmas decem.
Amyli præpar.
Semin. Papaveris albi, ——— ——— drachmas tres.
Glycyrrhizæ raſæ & minutim inciſæ, ——— drachmas duas.
Fiat omnium pulvis in vaſe anguſti oris reponendus & ſervandus.
Hujus pulveris uſus frequens eſt in omnibus pectoris & pulmonum noxis à calida & ſicca cauſa, tuſſiculoſis ab intemperie calida opem fert.

Pulvis contra Vermes.

℞. Seminis contra vermes mundati & præparati, — libram ſemiſſem.
Raſuræ cornu Cervi,
Corallinæ, ——— ——— ana uncias quatuor.
Seminum Citri, ——— ——— uncias duas.
Caulium,
Portulacæ, ——— ——— ana unciam unam.
Fiat ex arte pulvis.
Nomini vires feliciter reſpondent, modo drachma una in lacte vel vino albo, jejuno ventriculo ſumatur.

Pulvis è Chelis compoſitus. Londinenſ.

℞. Margaritarum,
Oculorum Cancri,
Coralii rubri,
Succini albiſſimi,
Cornu cervini,
Lapidis Bezoardici Orientalis, ——— ana unciam ſemiſſem.
Pulveris ex apicibus nigris chelarum cancrorum ad pondus omnium:
Fiat ex his omnibus rite & ſecundum leges ſupra enumeratas & philoſophice præparatas pulvis ſubtiliſſimus, vel qui gelatinâ è viperarum ſpoliis extracta excipi poterit: vel inde poma parva efformari, caute ſiccanda, & in uſum aſſervanda.

©BIU Santé

Ad variolas, morbillos, morbos epidemicos, peſtem, venena, mirabilis & ſingularis eſt, ad drachmam unam poteſt uſurpari: quo in caſu ſudores movet.

Pulvis Sperniolæ compoſitus Crollii.

℞. Myrrhæ,
Thuris maſculi, ——— ——— ana uncias duas.
Croci, ——— ——— ——— drachmam ſemiſſem.
Camphoræ, ——— ——— — drachmas tres.

Tere omnia & miſce, imbibe poſtea aquâ ſtillatitiâ ſperniolæ, id eſt ſpermatis Ranarum vigeſies vel trigeſies, ita tamen ut ſponte exſiccentur, poſtea ad uſus ſuos ſervandus eſt, & conterendus.

In omnibus hæmorragiis: ſive à vulnere, ſive à naribus, utero, pulmone ſanguis fluat, ſummum eſt remedium, cum aquâ propriâ exhibendum; ad grana quinque.

Pulvis Viperinus.

℞. Viperarum recentium ſummo vere captarum nec diu poſtquam captæ ſunt aſſervatarum numero quantum volueris: quarum abſciſſis caudâ & capite ſpoliiſque detractis, interanea, cor & hepar ab ipſis exime, corpora cum corde & hepate in umbra ſiccentur, forcipibuſque minutim inciſa, in mortario æneo ſubtiliter pulverentur, & ſerventur ad uſum,

Longe à cibo hic pulvis uſurpatur, ſive in vino, ſive in alio liquore cardiaco: commode tamen in electuariis vel bolis miſcetur vel in liquore hauritur ad drachmam ſemiſſem. Eaſdem tamen obtinet vires & uberiores quas Trochiſci viperini ſupra celebrati.

In Trochiſcos facile poteſt reduci cum pauca mucilagine gummi Arabici vel tragacanthi aquâ ſuâ propriâ ſtillatitiâ, vel vino albo generoſo extractâ.

ARTICULUS TERTIUS.

DE PULVERIBUS LAXATIVIS.

Pulvis Cornachinus, Comitis Vvarvicenſis: Londin.

℞. Scammonii ſulphurati, ——— ——— uncias duas.
Antimonii diaphoretici, ——— ——— unciam unam.
Cryſtallorum Tartari, ——— ——— unciam ſemiſſem.

Fiat mixtura, quæ ſi mole parva ſit, virtute tamen exiſtit maxima: humores enim omnes noxios blande educit, febrilem inprimis fomitem expurgando.

©BIU Santé

Cito tuto & jucunde operatur ad drachmam [redacted] ſemiſſem.

Species Diacarthami.

Compoſitionem vireſque ex Electuario deſume.

Pulvis Hieræ ſimplicis.

℞. Specierum Electuarii de hiera ſimplici ſupra deſcriptarum altẽ-ram partem, quam reſervabis in vaſe vitreo ſtricti orificii optime operculato; & ex qua pro re nata, modo confectio, modo pilulæ concinnabuntur, cum debita mellis quantitate.

©BIU Santé

COLLECTANEORUM PHARMACEUTICORUM

CLASSIS QUARTA.

De Medicamentis compoſitis externis.

SECTIO PRIMA.

De Oleis.

OLEA in Pharmacopoliis ſervanda ſunt,

Vel { Sponte naſcentia, Per expreſſionem elicita, Infuſione & coctione medicata, Deſtillatione extracta.

ARTICULUS PRIMUS.

Olea Sponte naſcentia ſunt,

Petroleum,

Balſamelæum *ſeu* Opobalſamum optimum.

Orientale ſcilicet, aut ejus loco Peruvianum rubrum & album: Judaïcum, Tolutanum, è Mecha verum.

Liquor oleoſus Terebinthi,

Laricis.

©BIU Santé

ARTICULUS SECUNDUS.

De Oleis per expreſſionem elicitis.

OLeum ſimpliciter dictum, eſt oleum olivarum : quod tripliciter conſideratur in officinis.

Omphacinum, ex olivis immaturis expreſſum.

Virgineum, ex olivis tritis nondum torculari commiſſis.

Completum, è maturis olivis torcularis compreſſu extractum.

Amurca ſunt ſordes olei, quæ præcedunt, nam quæ ſequuntur fæces vocantur.

Oleum Amygdalarum dulcium.

Ex tempore ita parandum eſt. ℞. Amygdalarum dulcium ſiccarum integrarum non rancidarum quantum volueris, plurimum & celeriter tere in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo, in offas collige, deinde ſacculo cannabino, ſtamine vel cilicio è ſeta equina contexto concluſas, ſenſim & ex intervallis torculari exprimito in oleum clariſſimum & dulciſſimum, omnium optimum, atque omnis alienæ qualitatis expers.

Aſperitatem gutturis & pulmonis lenit, injectum confert ardori vulvæ & veſicæ &c.

Eodem etiam modo ſub prælo eliciatur, & conficiatur.

Oleum Amygdalarum amararum,
Avellanarum,
Balaninum, *ſeu* Behen,
Cannabis,
Hyoſcyami,
Laurinum, ex Delphinatu advehitur.
Lini,
Mali Armenii, è nucleis quod Chryſomelinum,
Nucis Juglandis, *ſeu* Caryinum,
Palmæ, quod ex India & Guinea,
Papaveris albi,
Perſicorum nucleorum,
Quatuor ſeminum frigidorum majorum,
Seſaminum.

Oleum è Vitellis Ovorum.

℞ Ova recentia quot voles, elixentur donec penitus induerint; vitellos duros exime, & comminutos in ſartagine igne mediocri aſſa, piſtillo ligneo aſſidue movendo donec rubeſcant, & pinguedinem quandam emittant & exudent : tunc calentes in ſacculum pilis contex-

tum

©BIU Santé

tum conjiciantur, & calenti prælo committatur, ut oleum effluat, uſui reponendum.

Cutis fœditatem ex ambuſtis & variolis inuſtam aufert; aurium, dentium, ſediſque doloribus convenit, Rhagadibus utile, fiſſuras manuum, pedum & ani ſanat; ulcerum & vulnerum cum Terebinthina mixtum digeſtivi nomine ſuppurationem & curationem promovet.

ARTICULUS TERTIUS.

DE OLEIS INFUSIONE ET COCTIONE medicatis.

De Oleis ſimplicibus.

Oleum Roſatum.

℞. Olei Olivarum recentis & clari, —— libras ſex vel q. v.
Roſarum pallidarum recentium apertarum & contuſarum,
rubrarum itidem contuſarum,
Succi vel aquæ infuſionis aut decoctionis aliorum florum Roſarum rubrarum, —— —— ana libram unam.

Excipiantur vaſe idoneo obturato & macerentur ad ſolem vel in loco calido per tres aut quatuor dies: deinde coquantur leniter, & fortiter exprimuntur. Expreſſis & abjectis Roſis novæ infundantur, per totidem dies & leniter coquantur ad humidi aquoſi conſumptionem, donec prunis inſperſum non amplius oleum ſtrepat.

Novum paretur ſingulis annis, nec in plures ſervetur.

Per infuſionem eadem methodo parentur.

Oleum Abſinthii latifolii ex ſummitatibus,
Anethinum ex foliis & ſummitatibus virentibus,
Chamæmelinum ex floribus,
Keyrinum ex floribus,
Liliorum alborum ex floribus abjecto luteo,
Meliloti ex floribus,
Menthæ ex foliis,
Myrthinum ex foliis,
Neoupharinum ex floribus albis abjecto luteo,
Rutaceum ex foliis,
Solani ex foliis & Baccis cum oleo roſato,
Violaceum ex floribus recentibus.

Oleum Roſatum lenit dolorem, noxas quaſcunque ſedat, inflammationes extinguit, totius corporis capitis præcipue & meningum cerebri, doloribus & vulneribus confert.

©BIU Santé

Abſithii oleum, ventriculum corroborat, vermes necat.

Oleum Anethinum tumores crudos concoquit, flatus diſcutit, aperit poros, uteri duritiem emollit, rigorem febrilem acceſſionis initio illitum evincit.

Chamæmelinum calefacit & moderatè reſolvit, dolores ſedat à cauſa frigida, fluxiones cohibet, nervos corroborat: idem eſto de Meliloto judicium.

Keyrinum, nervorum juncturarumque dolores arthriticos levat, ſtomacho, pectori, veſicæ ac renibus confert, menſes provocat, ſuffocationique medetur.

Hyperici, eſſentiæ eſt tenuis, unde ad omnes dolores ex frigore contractos adhibetur, articulorum doloribus ſalubre remedium, nervorum puncturis & vulneribus efficax, vulnera enim glutinat.

Liliorum oleum dicitur Crininum Lilinum ac ſuſinum, reſolvit, digerit & concoquit, dolores à frigore thoracis, ventriculi, coli, uteri, renum, veſicæ ac nervoſarum partium ſedat, lenit, & mitigat.

Menthæ ventriculo imbecillo & refrigerato adhibetur, nauſeam & vomitum ſiſtit, appetentiam excitat, & concoctionem provocat.

Myrthinum eaſdem vires poſſidet quas oleum myrthillorum, adſtringit enim, corroborat, viſcerum laxitatem corrigit.

Nenupharinum vires habet olei violati, refrigerat tamen magis, cephalalgiam ex febrium incendio indeque enatum delirium papaverino mixtum mitigat, inſomnia abigit, urinæ ardori, intemperiei calidæ renum eorumque ulceri & veſicæ commodum, illitum ac injectum, gonorrhæam arcet, & tentiginem propellit genitalibus illitum.

Proſtat linelæon ex foliis Rutæ recentis, in oleo ſeminis lini expreſſo paratum, quod ſingulare eſt adverſus lienis ſchirros & duritiem, tumores enim emollit clyſteribus injectum, colicum dolorem ſedat, oleum ſimplex Rutaceum vitreum phlegma ejicit.

Solani oleum paratum ſemper habebitur pro unguento Diapompholygos.

Violaceum ſedat inflammationes, pleuriticis auxiliatur aſperitatem pulmonis ac thoracis lenit, phreniticis ac vigilibus fronti ac temporibus impoſitum, ſomnum conciliat.

©BIU Santé

De Oleis Compoſitis.

Oleum de Capparibus, Meſ.

℞. Gemmarum Capparum, ſeu florum nondum expanſorum conditorum, —— —— uncias quatuor.
Corticum radicum Capparum, —— —— unciam unam.
Tamariſci,
Seminis Agni caſti,
Cyperi,
Foliorum Tamariſci,
Aſplenii *ſeu* Scolopendrii, —— ana drachmas duas.
Rutæ, —— —— drachmam unam.
Aceti,
Vini albi odori, —— —— ana uncias duas.
Olei maturi olivarum, —— —— libram unam.

Parum trita & inciſa macerentur per quindecim dies, poſtmodum coquantur ad conſumptionem vini & aceti. Percolatum oleum ad uſum reponatur.

Extenuando detergendoque duritiem omnem, proprieque lienis obſtructionem ſolvit, ejuſque dolorem omnemque affectum lenit.

Oleum Melinum ſeu Cydoniorum. Pharm. Pariſ.

℞. Cydoniorum immaturorum extremâ lanugine detersâ, rejectis tantum ſeminibus, ferramento ſegmentis quibuſdam exaſperato deraſorum,
Succi eorundem, —— —— ana libram ſemiſſem.
Olei, —— —— —— libras tres.

Miſce in vaſe vitrato & ſuper cineres calidos diebus quindecim infunde, dein vaſe operculato coque ad conſumptionem: expreſſis cydoniis, par Cydoniorum & ſucci eorundem quantitas infundatur, coquatur, & coletur, colatum recondatur.

Melinum à Dioſcoride dicitur: ſtringit & refrigerat, ad ventriculi & jecoris imbecillitates utile, lienteriæ DiarrhϾ medetur, ventrem ac nervos laxos cogendo roborat, vomitum compeſcit.

©BIU Santé

Oleum Lumbricorum. Pharm. Amſtelr.

℞ Lumbricorum terreſtrium præparatorum, — libram ſemiſſem.
Vini albi, — — — uncias quatuor.
Olei veteris clari, — — — libras duas.

Coquantur ſimul in vaſe duplici dum vinum conſumptum ſit, & lumbrici contabuerint, percolatum ſervetur ad uſum.

Nervis robur addit, juncturarum doloribus utile.

Oleum Catellorum. Londinenſ.

℞. Olei Olivarum, — — — libras quatuor.
Catellos nuper natos, — — numero duos.
Vermium terreſtrium præparat. — — libram unam.

Integris catellis in vino albo ſuffocatis, & in oleo coctis ad oſſium compaginis diſſolutionem, injiciantur vermes, & paulo poſt exprimantur. Deinde cum

Terebinthinæ Cypriæ, — — unciis tribus.
Spiritus Vini, — — uncia una.

Perficiatur oleum ſecundum artem

Membra contracta ſanat, Iſchiadicos & arthriticos dolores compeſcit.

Oleum Scorpionum.

Ex Provincia aſportatur, & valet ad renum & veſicæ morbos, lumbis, pubi & perinæo illitum.

Aliud datur compoſitum, de quo videatur Mathiolus.

Oleum de Euphorbio.

℞. Euphorbii, — — — unciam unam.
Diſſolvatur lento igne in
Olei Keyrini *vel* Anethini,
Vini odoriferi, — — ana unciis decem.

Coquantur ad humiditatis conſumptionem.

Ad ægritudines nervorum ex frigore, & dolores eorum, juncturarum, hepatis, & ſplenis valet.

©BIU Santé

Oleum Nardinum Meſue. Fernel.

℞ Nardi Indicæ inciſæ & contuſæ, —— —— drachmas tres.
Vini, &
Aquæ Roſaceæ, —— —— ana drachmas duas & ſemiſſ.
Olei dulcis, —— —— —— uncias tres.

In vaſe clauſo macera, poſt octo dies cola : infuſionem iterum repete, coque, & cola.

Cerebri & nervorum affectus frigidos ſanat, aurium dolores mitigat, paralyticis ſummum eſt remedium.

Oleum Nardinum pro unguento Martiato, & oleum de Euphorbio pro emplaſtro Diabotano ex tempore parabuntur, habita ratione quantitatis utriuſque.

©BIU Santé

SECTIO SECUNDA.

De Ceratis.

Ceratum album refrigerans Galeni.

℞ Ceræ albæ in fruſtula diviſæ, —— —— uncias quatuor.
Olei Roſati, vel communis, —— —— libram unam.

Liquentur ambo, ſimul mixta in vaſe duplici, poſt modum refrigerentur. Cerato refrigerato affunde paulatim & ſubigendo atque percutiendo commiſce tantum aquæ frigidiſſimæ, quantum in ſe dum cum ea emollitur, accipere poſſit.

Ex tempore aceti exigua quantitas poterit affundi, & cum eo agitari.

Valet ad febres acutas; & ad inflammationes ex urinâ; eryſipelata, omnemque calidiorem intemperiem eſt efficax.

Non debet hoc ceratum eo uſque ſuper partem affectam manere, dum manifeſte incaleat: ſed ſubinde aſſiduè mutari.

Ceratum Santalinum, Meſuës.

℞. Olei Roſati, —— —— —— libram unam.
Ceræ albæ, —— —— uncias triginta.
Pulveris Roſarum,
Santali citrini, —— ana unciam unam & ſemiſſem.
rubri, —— —— drachmas decem.
Boli Armeniæ, —— —— drachmas ſeptem.
Spodii ſeu Eboris uſti, —— unciam ſemiſſem.
Caphuræ, —— —— drachmas duas.

Redigantur omnia in Ceratum.

Phlegmonas & calidas intemperies ventriculi, hepatis, aliarumque partium emendat.

©BIU Santé

SECTIO TERTIA.

De Balſamis.

De Balſamis inunctoriis ſeu unguentariis.

Balſamum Arcæi.

℞. Pinguedinis Caſtrati, *ſeu* vervecis, ——— uncias duas.
Suillæ, ——— ——— unciam unam.
Gummi Elemi,
Terebinthinæ claræ, ——— ana unciam unam & ſemiſſem.
Olei Hyperici, ——— ——— ——— uncias duas.
Vini rubri, ——— ——— ——— libram unam.

Liquefiant ad ignem, humiditate conſumptâ trajiciantur. Fiat Balſamum.

Vulnera & plagas conſolidat, fracturis oſſium, luxationibus, & contuſis nervis medetur.

Balſamum vulnerarium Metenſium. Schrod.

℞. Olei Olivarum,
Seminis Lini puriſſimi, vel nucum ſine igne expreſſi, ——— ——— ——— ana libram ſemiſſem.
Laurini, ——— ——— ——— unciam unam.
Baccarum Juniperi ſtillatitii, ——— unciam ſemiſſem.
Caryophyllorum pariter ſtillatitii, — drachmam unam.
Aloës Socotrinæ, ——— ——— drachmas duas.
Terebinthinæ Venetæ, ——— ——— uncias duas.
Viridis Æris, ——— ——— ——— drachmas tres.
Vitrioli albi, ——— — drachmam unam & ſemiſſem.

Pulveriſanda pulverentur & coquantur ſimul igne lento, dum oleum acquirat virorem,

Fiat balſamum.

Brevi admodum tempore curat vulnera, eorumque ſymptomata, inprimis vero ſynoniam arcet, morſuum venenatorum malitiam corrigit.

©BIU Santé

Balſamum Saturni.

℞. Aceti deſtillati ſale Saturni imprægnati,
Olei Roſati, ——— ——— ——— ana p. æq.

Acetum guttatim ſuper oleum affunde, & ſimul continuò ducantur in mortario plumbeo, donec unguenti ſpiſſitudinem acquirant.

Confert inflammationibus, ambuſtis, & Eryſipelati.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Balſamis odoriferis.

℞. Ceræ albæ depuratæ drachmas duas, olei ſtillatitii v. g. Caryophyllorum guttas quatuor, aut q.v. miſce diligenter & ſerva uſui. Depuratio autem Ceræ fit per ſpiritum vini inprimis tartariſatum, cujus beneficio color & odor deperduntur, remanente corpore albo. Quoniam autem oleum nucis moſchatæ propter ſoliditatem & conſiſtentiam primas partes tenet, aliud corpus quo oleum incorporetur, ſubſtitui vix poteſt, ad quod tamen accedunt Cera alba (ut dictum eſt) medulla vituli, vel Cervi lota, vel manna.

Corpori balſamico additur pro Doctoris arbitrio, & ægroti diſpoſitione Ambarum, vel Moſchus, Zibetha, Balſamum Peruvianum & ſimile.

Ex Magiſteriis plantarum cum ſuo oleo eſſentiali parari poterunt balſama in hunc modum. ℞. Extracti Abſinthii drachmam ſemiſſem ſalis Abſinthii grana ſex, olei ſtillatitii ejuſdem plantæ q. ſ. ad conſiſtentiam.

Balſama uſitatiora ſunt

Angelicæ,
Aniſi,
Aurantiorum,
Citri,
Caryophyllorum
Cinamomi,
Majoranæ,
Lavendulæ,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Roris marini,
Roſarum &c.

SECTIO

©BIU Santé

SECTIO QUARTA.

De Unguentis.

Unguentum Ægyptiacum, Meſues.

℞ Mellis communis, — — uncias quatuordecim.
Aceti fortis, — — — uncias ſeptem.
Æruginis Æris ſubtiliſſime pulveriſatæ, — uncias quinque.

Coquantur ſimul ſuper ignem ad legitimam craſſitiem, & reponantur uſui.

Ulceribus, vulneribus, fiſtulis malignis & putridis detergendis valide profert.

Unguentum album, Rhaſis.

℞ Ceruſæ albæ in pulverem tenuiſſimum redactæ, — uncias ſex.
Olei Roſati vel communis, — — uncias octodecim.
Ceræ albæ, — — — uncias quatuor.

Fiat unguentum ad uſus neceſſarios recondendum.

Albumina Ovorum, acetum & Caphura nonnunquam addantur, prout Medico videbitur.

Adverſus ulcera, ſcabiem, aduſtionem, & excoriationem valet.

Unguentum Apoſtolorum Avicennæ, Auguſtan.

℞. Olei communis, — — uncias viginti quatuor.
Lithargyri ſubtil. triti, — — uncias duas.
Aceti fortis, — — — uncias ſex.

Coquantur invicem continuo ſpatulâ agitando ferè, uſque ad conſumptionem aceti, quibus adde

Terebinthinæ,
Reſinæ, — — — ana uncias duas.
Ceræ flavæ, — — — uncias ſex.

Simul liquatis, miſceantur colata & cocta ad pultis formam, miſce
Gummi galbani puri, — — drachmas ſex.
Opopanacis, — unciam ſemiſſem.
Ammoniaci, — drachmas quatuordecim.

Quibus adhuc calentibus non tamen ferventibus adjice
Pulv. Ariſtolochiæ longæ vel rotundæ,
Myrrhæ,

©BIU Santé

Thuris albi,
Bdellii, ——— ——— ana drachmas ſex.
Æruginis, ——— unciam unam & ſemiſſem.

Thecnice paretur, adeo ut omnia & ſingula optime & invicem unita ſint. Vulnera & ulcera difficilia & ſordida; ſinus & fiſtulas emendat, & detergit, carnem reſtaurat, & plagas ſanat.

Unguentum Aureum, Meſ.

℞. Olei communis, ——— ——— libras duas.
Ceræ flavæ, — ——— ——— uncias ſex.
Terebinthinæ claræ, ——— ——— uncias duas.
Reſinæ,
Colophoniæ, ——— ——— ana unciam unam & ſemiſſem.
Pulveris Thuris,
Maſtiches, ——— ——— ana unciam unam.
Croci, ——— ——— drachmam unam.

Miſce, fiat unguentum ex arte.

Ad vulnera tutò & ſalubriter glutinanda, præſertim in corporibus mollioribus convenit.

Unguentum Baſilicum minus, Meſ.

℞. Ceræ flavæ,
Picis navalis,
Reſinæ puræ, ——— ——— ana libram ſemiſſem.
Olei veteris, ——— ——— libras duas.

Unguentum confice, more ſolito.

Suo calore ſuppurationem provocat, unde ſuppurativum cognominatur.

Unguentum Dialthææ. Lond.

℞. Radicum Althææ recentium & contuſarum, — libras duas.
Seminum Lini,
Fœnugræci, ——— ——— ana libram unam.

Maceretur per 24. horas in aquæ tepentis, — libris quatuor, ſeu q. ſ.
Dein leniter coquantur, & exprimatur mucilago, cujus recipe, lib. duas.
Olei communis, ——— ——— libras quatuor.

Bulliant ſimul, donec pars aquoſa mucilaginis ſit abſumpta, tum adde

Ceræ citrinæ, — ——— — libram unam.
Reſinæ, — ——— — — libram ſemiſſem.
Terebinthinæ, — — ——— uncias duas.

©BIU Santé

Percoquantur in unguenti conſiſtentiam, dein colentur.

Ad emolliendum, calefaciendum, pectoris & lateris dolorem à frigore contractum feliciſſime adhibetur: viſcerum duritiem diſcutit; ad nervorum dolorem, ſtomachi inflationes valet.

Unguentum Diapompholygos. N. Alexand.

℞. Olei ſolani ſupra ſcripti, —— —— uncias viginti.
Ceræ albæ, —— —— —— uncias quinque.
Ceruſæ lotæ, —— —— uncias quatuor.
Plumbi uſti loti,
Tuthiæ præparatæ, —— —— ana uncias duas.
Thuris puri, —— —— unciam unam.

Ex arte paretur unguentum uſui reponendum.

Ad exſiccanda ulcera ſordida convenit, cava implet, maligna ad cicatricem perducit.

Unguentum ad Hæmorrhoïdas.

℞. Unguenti Populei,
Nutriti, —— —— ana uncias tres.
Vitellos ovorum, —— —— —— n. III
Croci, —— —— drachmam unam & ſemiſſem.
Opii, —— —— —— drachmam ſemiſſem.

Miſce, fiat lege artis unguentum.

Ex nomine vires intellige, & ex uſu fructum percipe.

Unguentum Martiatum magnum Fernelii.

℞. Ceræ albæ, —— —— —— libram unam.
Olei, —— —— —— libras quatuor.
Fol. Roris-marini,
Lauri, —— —— ana uncias quatuor.
Tamariſci, —— —— uncias tres.
Rutæ, —— —— uncias tres & ſemiſſ.
Ebuli,
Sabinæ,
Balſamitæ,
Ocimi,
Salviæ,
Polii,
Calaminthes,
Artemiſiæ,

©BIU Santé

Fol. Helenii,
Betonicæ,
Acanthi,
Spergulæ,
Anemones,
Pimpinellæ,
Agrimonii,
Abſinthii,
Paralyſeos, *ſeu* primulæ veris,
Sanctæ Mariæ *ſeu* Coſti hortenſis,
Sambuci,
Sempervivi majoris,
Semperv. min. *ſeu* Craſſulæ,
Millefolii,
Chamædryos,
Quinque nerviæ,
Centaurei minoris,
Fragariæ,
Quinque folii,
Tetrahit, — — ana uncias duas cum drachmis duabus.
Mentaſtri, *ſeu* Mentæ agreſtis,
Mentæ ſativæ,
Oxylapathi,
Polytrici,
Cardiobotani,
Periclymeni,
Maratri,
Moſchatæ, *S.* Geranii moſchati,
Trifolii acetoſi,
Scolopendrii,
Criſpulæ, *ſeu* Buphthalmi,
Caphuratæ, *ſeu* Abrotani, — ana drachmas duas.
Radicis Althææ,
Seminis Cumini, — ana unciam unam & ſemiſſem.
Urticæ,
Violarum,
Papaveris nigri, — ana drachmas duas.
Fœnugræci, — — drachmas ſex.
Myrrhæ, — unciam unam & ſemiſſem.
Maſtiches, — — unciam ſemiſſem.
Thuris,
Styracis,
Medullæ Cervinæ, — — ana drachmas duas.
Butyri, — — drachmas quinque.

©BIU Santé

Adipis Urſini,
Gallinacei, — — ana unciam ſemiſſem.
Olei nardini, — — unciam unam.

Ad debitam unguenti conſiſtentiam cuncta redigantur.

Unguentum martiatum, cerebri, nervorum, articulorumque frigidis affectibus, tremori, convulſioni, paralyſi, arthritidi inprimis eſt utile: præduris tumoribus lienis præſertim emolliendis efficax.

Unguentum mundificativum de Apio.

Ioan. Dubois Pharmacopæi Pariſ.

℞. Rad. Symphyti maj, — — uncias quinque.
Rubiæ maj,
Fol. Abſinthii vulg.
Solani hortenſis,
Portulacæ ſativæ,
Caprifolii,
Millefolii,
Poligoni maris,
Plantaginis,
Sempervivi maj.
Sempervivi min.
Betonicæ,
Verbenæ, — — ana manipulos tres.
Apii, manip. quinque.
Pimpinellæ,
Galiopſis, *ſeu* Urticæ fœtidæ,
Piloſellæ,
Chelidonii, — ana manipulum unum & ſemiſſem.
Roſtri porcini,
Symphyti petræi, — — ana manipulos duos.
Flor. Hyperici,
Summ. Centaurei min. — ana manipulum unum & ſemiſſem.

Piſtentur radices & herbæ bulliant una cum
Succi Peti, — — libris duabus.
Olei communis veteris, — — libris novem.

Ad conſumptionem humiditatis herbarum & ſucci, tunc colentur; colaturæ adde
Ceræ citrinæ, — — libras duas.
Sepi Caprini,
Reſinæ puræ, — — ana uncias duodecim.
Terebinthinæ communis, — — uncias novem.

Miſce, fiat unguentum ut artis eſt.

©BIU Santé

Ad ulcera detergenda maxime prodeſt.

Vnguentum ad Mammarum fiſſuras.

℞. Myrrhæ, —— unciam unam & ſemiſſem.
Thuris, —— unciam unam.
Lithargyri auri, —— uncias tres.
Olei Roſati, —— uncias decem.
Ceræ flavæ, —— uncias quatuor.
Mellis Narbonenſis, —— uncias tres.

Compone unguentum.
Nutricibus levamen eſt gratiſſimum.

Vnguentum ad Mammarum duritiem. Noſocomii Pariſienſ.

℞. Olei communis, —— libram unam.
Ceræ albæ,
Axungiæ porcinæ,
Butyri inſulſi recentis,
Sepi caſtrati,
Lithargyri auri, —— ana libram ſemiſſem.
Seminis Cumini pulverati, —— uncias quatuor.

Miſceantur omnia donec colorem rubro-nigricantem acquiſierint ad unguenti conſiſtentiam.
Lac in mammis concretum reſolvit, & ſuppurationem arcet.

Vnguentum Neapolitanum.

℞. Axungiæ porcinæ veteris non fœtidæ, —— libram unam.
Terebenthinæ communis, —— uncias quatuor.
Argenti vivi, —— uncias duas.

Miſce diligenter & ſtudioſe.
Scabiei, Morphææ, aliiſque cutis vitiis maxime confert juncturis admotum. Animalia ſordida necat. Chirurgis potiſſime utile, ratione quorum duplicatur triplicaturve mercurius.

Vnguentum Nutritum vel Tripharmacum Meſue.

℞. Lithargyri auri tenuiſſime triti q. v. ſeu —— libram ſemiſſem.
Olei Roſati,
Aceti,

Utriuſque quantum Lithargyrus in mortario agitatus ebibere poterit, ut hæc tria per modum nutritionis ſine coctione, ad conſiſten-

©BIU Santé

tiam linimenti aut unguenti perveniant, quæ coctione ulteriori emplaſtrum tripharmacum audiunt.

Pomatum.

℞. Radicis Ireos florentinæ, —— unciam unam.
Binjoini,
Styracis, — —— ana unciam ſemiſſem.
Caryophyllorum, —— —— drachmas duas.

Craſſiuſcule omnia trita ſacculo lineo includantur, lentoque igne coquantur cum

Axungiæ porci mundatæ, lotæ & fuſæ, — libris duabus.
Adde. Poma renetia fragrantia inciſa, —— —— numero ſex.
Aquæ Roſarum, —— —— uncias octo.
Naphæ, — —— uncias duas.

Poſt lentam humiditatis evaporationem ſine expreſſione fiat colatura, quam in mortario marmoreo piſtillo ligneo multum diuque agitabis, donec ad ſummum albeſcat: recondes reſerveſque pro uſu.

Ad narium, labiorum, manuum & aliarum corporis partium cicatrices, & has præſertim quæ ex variolis oriuntur, commendatur.

Vnguentum Populeum. N. Alexand.

℞. Oculorum, *ſeu* gemmarum Populi nigræ contuſarum, —— —— libram unam & ſemiſſem.
Axungiæ porci recentis & præparatæ, —— libras duas.

Macerentur ſimul ad maïum uſque menſem, quo tempore.

℞. Foliorum Papaveris nigri,
Mandragoræ vel hujus penuriâ Sambuci,
Hyoſcyami,
Solani,
Sempervivi majoris, *ſeu* Sedi,
Minoris, *ſeu* Vermicularis,
Lactucæ,
Bardanæ,
Violarum,
Umbilici veneris,
Cymarum Rubi tenerrimarum, — ana uncias tres.

Herbæ tuſæ miſceantur & macerentur per aliquot dies cum oculis populi & axungia ſupra lentum ignem movendo cum piſtillo ſingulis diebus, poſtea ferveſiant & bulliant ad humiditatis ferme conſumptionem, tum exprimantur torculari; expreſſum unguentum ab humiditate

©BIU Santé

herbarum reſiduâ ſeparatum & liberatum, uſui reponatur.

Febrientibus ac dolentibus capite propter calorem temporibus inunctum prodeſt, hæmorroïdibus auxiliatur, lac in mammis diſſipat.

Vnguentum Roſatum, Meſues.

℞. Axungiæ porcinæ recentis lotæ & fuſæ, q. v.

Roſarum rubrarum & pallidarum recentium mundatarum & contuſarum ana quantum axungia capere poteſt: macerentur per aliquot dies ſoli expoſitæ, poſtea ferveſiant & exprimantur, expreſſo colato tantumdem Roſarum cum ſucco earumdem reponantur, macerentur & coquantur donec unguentum ex artificis induſtria colorem carneum acquiſierit, & maxima humiditatis pars conſumpta fuerit: colaturâ factâ & refrigeratâ humiditas ſuperflua ſeparetur, reſerveturque poſtea unguentum in vaſe ad uſum.

Calorem immoderatum extinguit, phlegmonas omnes, eryſipelata & herpetes ſedat, renum ardoribus, hæmorrhoïdum ac aliarum partium inflammationi eſt ſalubre.

Vnguentum rubrum exſiccans Pharm. Pariſienſ.

℞. Olei Roſati, ——— ——— libram unam.
Ceræ albæ, ——— ——— uncias quinque.

Simul liquatis & ab igne remotis inſperge pulverem ſequentem.

Lapidis Calaminaris præparati,
Boli communis, ——— ——— ana uncias quatuor.
Lithargyri auri,
Ceruſæ, ——— ——— ana uncias tres.
Caphuræ, ——— ——— drachmam unam.

Hæc omnia tandiu piſtillo ligneo agita, dum unguenti conſiſtentiam acquirant.

Ad ſcabiem humidam ex pituita putri & ſalſa commendatur, eam enim exſiccat & compeſcit.

Vnguentum de Styrace, Noſocomii Pariſienſ.

℞. Olei Nucum optimi, ——— ——— uncias quinque.
Gummi Elemi,
Ceræ novæ, ——— ana uncias tres cum drachmis tribus.
Colophoniæ, ——— ——— uncias ſeptem & ſemiſſem.

Omnibus fuſis adde

Styracis liquidi & nitidi, uncias tres cum drachmis tribus.

Fiat unguentum.

Contra

©BIU Santé

Contra gangrenam, & ad contuſiones feliciter uſurpatur in Noſocomio Pariſienſi.]

Vnguentum de Tuthia.

℞. Butyri maïalis recentis rite præparati, ——— uncias octo.
Tuthiæ præparatæ, ——— ——— unciam unam.
Æruginis pulveriſatæ, ——— ——— ſcrupulum unum.
Miſce.

Ad oculorum affectiones, fluxiones ſcilicet, inflammationes confert.

©BIU Santé

SECTIO QUINTA.

De Emplaſtris.

Emplaſtrum de Betonica ſeu de Gratia Dei.

℞ Succor. Betonicæ,
Plantaginis,
Apii, —— —— ana libram unam.
Herbar. Betonicæ,
Pimpinellæ,
Verbenæ, —— —— ana manipulum unum.
Ceræ flavæ,
Picis albæ Burgundiacæ,
Reſinæ Pini,
Terebinthinæ, —— —— ana libram ſemiſſem.
Maſtiches, —— —— unciam unam.

Ex arte coque ad ſuccorum conſumptionem, cola, & maſtichem pulveratam poſtea permiſce.

Ad vulnera & ulcera mire efficax eſt, inflammationem ſedat, agglutinat & ad cicatricem perducit: peculiari dote caput roborat, ejuſque doloribus ac vulneribus prodeſt.

Emplaſtrum de Ceruſa.

℞. Olei clari, —— —— libras duas.
Ceruſæ, —— —— libram unam & ſemiſſem.
Ceræ albæ, —— —— uncias quatuor.

Dicitur etiam emplaſtrum album, & ſola coctione & conſiſtentiâ ab unguento albo differt. Quidam aquæ aliquid addunt, ut eò facilius albedo emplaſtri in coctione ſervetur.

Cutis exulcerationes ſanat, pravis complexionibus à caliditate ſalis provenientibus convenit.

Emplaſtrum de Ceruſa uſta.

CEruſa & oleum Roſatum partibus æqualibus coquuntur ſecundum artem (cavendo ab efferveſcentia) uſque dum nigricantem calorem acquiſierint, addendo per vices aceti roſacei paululum, & ſub finem ceram.

Eaſdem vires obtinet quas emplaſtrum de ceruſa ſuperius deſcriptum,

©BIU Santé

magis tamen eſt deſiccativum & ſolo fere colore ab eo differt.

Emplaſtrum de Cicuta.

℞. Gummi Ammoniaci q. v. ſeu libram unam : diſſolve, trajice & coque in quantitate non exigua ſucci Cicutæ recentis non depurati, cui adde ceræ flavæ uncias quatuor, exacte miſceantur & decoquantur ad emplaſtri conſiſtentiam.

Quidam addunt folia Cicutæ contrita ad manipulum unum aut alterum.

Lienem obſtructum aperit, ejuſque duritiem emollit.

Emplaſtrum pro dentium dolore.

℞. Nucum Cupreſſi,
Roſarum rubrarum,
Maſtiches,
Terræ ſigillatæ,
Sem. Naſturtii torrefacti, ——— ana drachmas tres.
Macerentur per 24. horas in aceto roſaceo.
Poſtea ſiccentur, fiat omnium pulvis cum
Opii pulveriſati, ——— ——— uncia una.
Qui excipiatur & miſceatur cum
Picis navalis,
Colophoniæ, ——— ——— ana drachmis duabus.
Oleorum Papaveris albi,
Hyoſcyami, ——— ana uncia una.
Ceræ flavæ, ——— unciis quatuor cum ſemiſſ.
Terebinthinæ, ——— — ——— uncia ſemiſſe.
Secundum artem conficiatur emplaſtrum.
Vires nomini reſpondent.

Emplaſtrum Diabotanum

M. Fr. Blondel Medici Pariſ.

℞. Radicum & foliorum recentium Petaſitidis,
Cicutæ,
Chamæpityos,
Leviſtici,
Valerianæ majoris,
Angelicæ hortenſis,
Enulæ campanæ,
Raphani ruſticani,

©BIU Santé

Rad. & fol. Cucumeris ſylveſtris,
Scrophulariæ,
Illecebræ,
Chelidonii majoris,
Gratiolæ, —— ana unciam unam & ſemiſſem.

Purgata, comminuta, in mortario lapideo contuſa & quatriduo ſeparatim macerata in
Succorum Chelidonii majoris,
Cicutæ,
Hormini, —— —— ana libris duabus aut q. ſ.

Singulis diebus ſemel atque iterum agitando ad diſſolutionem uſque, coquantur omnia, fortique prælo expreſſa, iterum lento igni admoveantur coquenda ad extracti craſſiuſculi conſiſtentiam ſpatulâ ligneâ aſſidue movendo ne adurantur: dein ſeorſim coquantur temperato igne ad molliuſculam emplaſtri conſiſtentiam.
Lithargyri auri pulveriſati, — —— libræ duæ.
Oleorum de Lumbricis, —— — libræ tres.
de Euphorbio,
Succi illecebræ, —— —— ana libra ſemiſſ.

Quibus ſub finem coctionis pones ſuperius extractum, & ab igne remotis adde poſtea
Ceræ flavæ liquatæ,
Picis albæ nitidæ, —— —— ana uncias novem.
Terebinthinæ Venetæ,
Styracis liquidi repurgati, —— ana uncias duas.
Olei de Lateribus, —— unciam unam & ſemiſſem.

Igne ſemoto ſecundum artem adjice
Gummi Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni,
Ammoniaci, —— ana unciam unam & ſemiſſem.

In aceto Scillitico diſſolutorum & coctorum: poſtea adhuc calente emplaſtro, & ſæpius agitato, adeo ut nec inquinet, nec adhæreat manibus, miſcebis
Pulv. Bituminis Judaïci, —— —— uncias quatuor.
Tacamahacæ, — —— uncias duas.
Olibani,
Maſtiches,
Bdellii,
Baccarum Lauri,
Sulphuris vivi, —— ana unciam unam & ſemiſſem.
Caphuræ in ſ. q. olei Caryophyllorum ſolutæ,
Foliorum Piſtaciorum virentium in umbra ſiccatorum,
Fimi Columbini,

©BIU Santé

Iridis florentinæ,
Cyclaminis,
Sigilli beatæ Mariæ,
Aſari,
Ranunculi tuberoſi,
Coronæ Imperialis,
Serpentariæ,
Ellebori albi,
Ariſtolochiæ Clematidis,
longæ,
rotundæ,
Semin. Pœoniæ maris,
Angelicæ,
Vel ejus defectu,
Staphidis agriæ,
Naſturtii,
Cumini, —— ana drachmam unam & ſemiſſem.

Calentibus omnibus ſtudioſe pulveriſatis, permixtis, aſſidue ac fortiter uſque dum refrixerint agitatis, compones emplaſtrum ſecundum artem, & ad debitam conſiſtentiam.

Digerit & maturat quaſcumque materias, quæ à frigore, & quæ ſunt ſolutu contumaces, ſchrophulas, nodos & ulcera dura & calloſa : tumores ſcirrhoſos meſenterii, lienis, aliorumque viſcerum potiſſime reſolvit.

Emplaſtrum Diachylon ſimplex. Pharm. Pariſienſ.

℞. Mucilaginis radicis Althææ,
ſemin. Lini,
Fœnugræci, —— ana libram unam.
Lithargyri auri plumbo, ſordibus, & ſcoria purgati, atque læviſſime triti, —— —— libram unam & ſemiſſem.
Olei communis veteris & clari, —— —— libras tres.

Coquantur, & ubi refrixerint formentur magdalææ alba papyro involvendæ & ſervandæ.

Emplaſtrum Diachylon Ireatum.

℞. Maſſæ emplaſtri albi & adhuc calentis, —— libram unam.
Radicis Ireos illyricæ tritæ, —— unciam unam.
Miſce.

©BIU Santé

Diachylon magnum. Pharmacop. Pariſienſis.

℞. Lithargyri puri, triti, & creti,
Oleorum Chamæmelini,
Anethini, —— ana libram unam.
Mucilaginum Ficuum pinguium,
Uvarum paſſarum,
Ichthyocollæ,
Seminis Lini,
Fœnugræci,
Succorum Ireos,
Scillæ,
Oeſypi, —— ana drachmas duodecim cum ſemiſſe.
Terebinthinæ, —— —— uncias tres.
Reſinæ pini,
Ceræ flavæ, —— —— ana uncias duas.

Coque aſſidue movendo, ita ut mixtura in emplaſtri coeat craſſitudinem.

Emplaſtrum Diachylon cum Gummi.

Fiet, ſi mediæ parti hujus maſſæ addantur
Gummi Bdellii,
Sagapeni,
Ammoniaci,
Galbani, —— —— ana uncia una.

Prius tamen aceto diſſolvi debent, colari & coqui ad mellis craſſitiem, ut dictum eſt, & cum his Terebinthinæ media portio in hunc finem aſſervato, miſceri.

Habita ratione diverſarum rerum quæ variis modis & gradatim conſtituunt illud emplaſtri genus, poſſumus definire quod ultimo deſcriptum, efficacius eſt cæteris.

Ad omnium corporis partium durities reſolvendas ſcirrhos hepatis & lienis diſcutiendos confert; ventriculi collectiones & furunculi reliquias diſſipat ac emollit, ſtrumas quoque ac inveteratos abſceſſus diſſolvit.

©BIU Santé

Emplaſtrum Divinum Præpoſiti.

℞.	Galbani,	drachmas decem.
	Ammoniaci,	uncias tres cum drachmis tribus.
	Opopanacis,	unciam unam.
	Lithargyri,	libram unam & ſemiſſem.
	Ceræ novæ,	uncias octo.
	Olei Olivarum,	libram unam & ſemiſſem.
	Olibani,	drachmas novem.
	Myrrhæ,	drachmas decem.
	Ariſtolochiæ longæ,	
	Viridis Æris,	ana unciam unam.
	Bdellii,	uncias duas.
	Magnetis,	uncias quatuor.

Miſce ſuo ordine ut decet, perficiaturque emplaſtrum.

Ad maligna ulcera confert, eorum ſaniem ac putredinem detergit, & abſumit, novam carnem profert, reſolvit durities, apoſtematibus frigidis aptum.

Emplaſtrum manus Dei.

℞.	Olei communis,	libras duas.
	Lithargyri auri,	libram unam.
	Ceræ citrinæ,	libram ſemiſſem.
	Terebinthinæ Venetæ,	uncias quatuor.
	Galbani,	
	Opopanacis,	
	Ammoniaci,	
	Sagapeni,	
	Myrrhæ,	
	Olibani,	
	Maſtiches,	ana uncias duas.
	Olei Laurini,	unciam unam & ſemiſſem.
	Lapidis Calaminaris,	
	Magnetis,	
	Ariſtolochiæ longæ,	
	rotundæ,	ana unciam unam.

Ad debitam emplaſtri formam cuncta redigantur.

Præter virtutes emplaſtro Divino proprias, partes à materia ulceratas ſanat.

©BIU Santé

Emplaſtrum Paracelſi.

℞. Olei communis, — — libras duas.
Lithargyri auri, — — libram unam.
Ceræ flavæ, — — libram ſemiſſem.
Terebinthinæ claræ, — — uncias quatuor.
Gummi Ammoniaci,
Elemi, — — ana uncias duas.
Bdellii,
Opopanacis &
Galbani, — — ana unciam unam.
Olei Laurini, — — unciam unam & ſemiſſem.
Pulveris Radicis Ariſtolochiæ rotundæ,
Lapidis Calaminaris,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Thuris &
Aloës, — — ana unciam unam.
Ex arte fiat emplaſtrum.
Vulnera & ulcera maligna & curatu difficillima ſanat.

Unico titulo & unica deſcriptione inſeritur emplaſtrum ſequens, ut ſcilicet vires & indicationes eorum trium ſupradictorum quorum nomine & medicamentis gaudet, abunde ſuppleat, & ut illis ſeorſim ſupra deſcrptis (in gratiam plebis) quiſque carere poſſit.

Manus Dei ſeu Emplaſtrum Divinum Paracelſi.

℞. Olei communis, — — libras duas.
Lithargyri auri, — — libram unam.
Ceræ citrinæ, — — libram ſemiſſem.
Terebinthinæ, — uncias quatuor.
Gummi Ammoniaci,
Galbani, — — ana uncias tres.
Opopanacis,
Elemi,
Sagapeni, — ana uncias duas.
Olei Laurini, — unciam unam & ſemiſſem.
Pulver. Myrrhæ,
Bdellii, — — uncias duas.
Maſtiches,
Olibani,
Aloës,
Ariſtolochiæ rotundæ,
longæ,

Æruginis

©BIU Santé

Æruginis,
Lapidis Calaminaris, ——— ——— ana unciam unam.
Magnetis ——— ——— uncias quatuor.
Fiat mixtura.

Emplaſtrum Regium ad Herniam.

℞. Picis nigræ, ——— ——— uncias tres.
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ flavæ, ——— ——— ana unciam unam.
Rad. Conſolidæ majoris exſiccatæ,
Maſtiches, ——— ——— ana unciam ſemiſſem.
Labdani, ——— ——— drachmas tres.
Hypociſtidos,
Terræ ſigillatæ, — ——— ana drachmam unam.
Nuces Cupreſſi, ——— ——— numero tres.

Pulveriſata & fuſa, ut decet, miſceantur, & formentur magdaleæ.

Solemne eſt ad Enterocelem, & inteſtinorum ramicem, Peritonæi enim partes nimium laxas conſtringit & corroborat, modo iteretur ſingulis decem diebus, & cum ligaculo ferreo compreſſum detineatur.

Hoc emplaſtrum poterit ſupplere vices emplaſtri de Maſtiche, & vice verſa.

Emplaſtrum Ioannis Andreæ à Cruce.

℞. Gummi Pini, ——— ——— uncias duodecim
Elemi, ——— ——— uncias quatuor.
Olei Laurini,
Terebinthinæ Venetæ, ——— ana uncias duas.

Gummi in lebete diſſolutis addantur oleum & terebinthina, quibus mixtis & liquefactis bulliant uſque dum emplaſtrum lucidum & clarum eveniat, poſtea per linteum forte trajiciantur. Maſſa ſervetur ad uſum.

Peculiari dote inſervit ad pulmonum & thoracis vulnera.

Emplaſtrum de Linamento Rambaudi.

℞. Linamenti minutim inciſi & trajecti, ——— libram ſemiſſem.
Olei communis, — ——— libras duas.
Bulliant ſimul, poſtea addatur, & coquatur cum
Ceruſæ, ——— ——— libra una
Ad conſiſtentiam debitam, quibus adjiciantur
Ceræ citrinæ, ——— ——— libra ſemis.
Olibani ſubtiliſſime triti, ——— ——— unciæ quatuor.
Fiat emplaſtrum uſui in magdaleas condendum.
Ulceribus antiquis, malignis & ſordidis convenientiſſimum.

T

©BIU Santé

Emplaſtrum Magneticum Angeli Salæ.

℞. Gummi Ammoniaci,
Sagapeni,
Galbani, —— ana unciam unam & ſemiſſem.
Ceræ,
Terebinthinæ Larignæ, ana uncias duas cum drachmis duabus.
Magnetis Arſenicalis, —— unciam unam & ſemiſſem.
Terræ Vitrioli lotæ, —— unciam ſemiſſem.
Olei ſuccini, —— —— unciam unam.

Fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Magnes Arſenicalis.

℞. Antimonii crudi,
Sulphuris flavi,
Arſenici cryſtallini, —— —— ana uncias duas.

Pulverentur omnia ſubtiliter, & in vaſe vitreo in arenam calentem imponantur, donec colliqueſcant, & refrigerata indurentur.

Anthracibus peſtilentibus applicatum illico maturat, rumpit, & venenum ad ſe rapit; certiſſimum etiam eſt præſidium contra ſcrophulas.

Emplaſtrum de Maſtiche. Ph. Lond.

℞. Maſtiches, —— — — uncias tres.
Boli Armeniæ,
Scobis Eboris,
Baccarum Myrthillorum, —— ana unciam ſemiſſem.
Roſarum rubrarum, — — drachmas ſex.
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Tacamahacæ,
Labdani, —— —— ana uncias duas.
Ceræ flavæ, —— —— libram ſemiſſem.
Olei Myrthini, —— —— uncias quatuor.

Omnia in mortario patum calido ſignaviter verſando, exquiſite miſceantur, ita ut fiat emplaſtrum, S. A.

Vomitum compeſcit, ventriculum corroborat, ejuſque ardorem mitigat, uteri procidentiæ ſuccurrit.

©BIU Santé

Emplaſtrum de Meliloto Bened. Textoris.

℞. Nardi Indicæ,
Chamæmeli,
Rad. Cyperi,
Althææ,
Croci, —— —— ana unciam ſemiſſem.
Fœnugræci,
Iridis,
Myrrhæ &
Ammoniaci puri, —— —— ana unciam unam.
Meliloti, —— —— drachmas vinginti quinque.
Terebinthinæ claræ, —— uncias ſex cum drachmis duabus.
Ceræ flavæ, —— uncias duodecim cum ſemiſſe.
Olei Chamæmelini —— — uncias tres aut q. ſ.

Emplaſtrum thecnice paretur.

Omnem duritiem ſtomachi, hepatis, ventriculi, lienis & aliorum viſcerum emollit, flatus diſcutit & reſolvit.

Emplaſtrum de Minio. Ioan. de Vigo.

℞. Oleorum Roſati, — —— libram ſemiſſem.
Myrthini,
Unguenti Populei, —— ana uncias quatuor.
Pinguedinis Gallinæ, —— —— uncias duas.
Porcinæ, —— —— uncias ſeptem.
Sepi caſtrati,
Vaccini, —— —— ana uncias ſex.
Lithargyri Auri,
Argenti,
Ceruſæ lotæ, —— —— ana uncias quatuor.
Minii, —— —— uncias quatuor.
Terebinthinæ —— —— drachmas decem.
Ceræ albæ paululum, aut quantum ſufficit,

Conficiatur emplaſtrum.

Valet ad ulcera mala, maligna & antiqua difficillimæ curationis ſananda.

©BIU Santé

Emplaſtrum de Mucilaginibus Bened. Textoris.

℞. Mucilaginum Rad. Althææ,
Lini,
Fœnugræci,
Ficuum, ——— ana uncias quatuor.
Terebinthinæ, ——— uncias tres.
Oleorum Chamæmeli &
Liliorum,
Reſinæ Pini,
Medullæ cruris Vituli aut Bovis,
Butyri recentis inſulſi, ——— ana uncias duas.
Ceræ citrinæ, ——— uncias viginti.
Fiat emplaſtrum in magdaleas.
Mollit, coquit & maturat, duriſque tumoribus confert.

Emplaſtrum Oxycroceum, N. Alexandr.

℞. Ceræ citrinæ,
Picis Burgundiacæ,
Colophoniæ, ——— ana libram ſemiſſem.
Liqueſcant ſimul lento igne, & ab igne ſubductis
Immiſce diligenter,
Terebinthinæ, ——— uncias duas.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Poſtea inſperge ſequentia minutiſſime pulverata,
Croci,
Myrrhæ,
Thuris,
Maſtiches, ——— ana unciam unam & ſemiſſem.
Fiat ſecundum artem emplaſtrum.
Ad contuſa oſſa, nervos, & ad dolores omnes ex contuſione ortos conducit.

©BIU Santé

Emplaſtrum Palmeum, vulgo Diapalma.

℞. Lithargyri auri,
Olei communis veteris, —— ana libras tres.
Axungiæ ſuillæ albæ, —— —— libras duas.

Miſce, fiat emplaſtrum aſſidue verſandum, donec juſtam craſſitudinem conquirat: tum in magdaleas reducetur maſſa.

Vitrioli vel Chalcitidis in aqua ſolutæ unciæ quatuor in medio coctionis poterunt addi: tunc emplaſtrum Diachalciteos Galeni nomine appelletur.

Vulneribus ac ulceribus malignis, antiquis & novis auxiliatur: uſta, rupta & contuſa ſanat.

Emplaſtrum de Ranis. Ioan. de Vigo.

℞. Foliorum Matricariæ,
Chamæmeli,
Meliloti,
Florum Stœchados,
Schœnanthi, —— ana manipulum unum.

Fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ fontanæ, cui adde
Vini rubri optimi, —— —— libras duas.
Succorum Ebuli,
Enulæ campanæ, —— ana uncias duas.
Ranas viventes aquaticas, —— —— numero ſex,
Lumbricorum vino lotorum, —— uncias tres & ſemiſſem.

Infundantur omnia per 24. horas, dein bulliant & coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, fiat colatura; in qua iterum coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam, & ad aquei humoris conſumptionem.
Lithargyri auri pulveriſati,
Pinguedinis Porcinæ,
Vitulinæ, —— ana libra una.
Oleorum Anethi,
Chamæmeli,
Liliorum, —— ana unciæ duæ.

Addendo ſub finem
Pinguedinis Viperarum, —— uncias duas & ſemiſſem.
Oleorum de Spica, —— —— uncias duas.
Laurini, —— unciam unam & ſemiſſem.
Terebinthinæ claræ, —— —— uncias duas.
Styracis liquidi, —— unciam unam & ſemiſſem.
Ceræ flavæ, —— —— libram unam aut q. ſ.
Pulveris Thuris maſculi, —— drachmas decem.

©BIU Santé

Pulveris Euphorbii, —— —— drachmas quindecim.
Croci,
Myrrhæ, —— ana drachmam unam.

Quibus eo ordine mixtis baculo ligneo verſatis, unitis & refrigeratis fiant magdaleæ.

Emplaſtrum de Ranis cum Mercurio.

℞. Mediam partem dicti emplaſtriaci adde
Hydrargyri cum ſ. q. Terebinthinæ extincti, —— uncias duas.

Ex arte permiſceantur, ſubigantur, & in formam emplaſtri reducantur.

Ubi vero emplaſtrum validius expoſcitur, doſis hydrargyri augeri ſolet ad duplum, vel etiam quadruplum.

Valet in diſſipandis artuum doloribus, homoplatarum coxendicumque à lue venereâ inveteratâ obortis, virulentiam luis ſub madoris ſpecie extrahit. Altera pars quæ ſine mercurio paratur, doloribus à frigore confert.

Emplaſtrum Stiсticum, Crollii.

℞. Minii,
Calaminaris,
Lithargyri Auri,
Argenti, —— —— ana libram ſemiſſem.
Oleorum Lini,
Olivarum, —— ana libram unam & ſemiſſem.
Laurini, —— —— libram ſemiſſem.
Ceræ &
Colophoniæ, —— —— ana libram unam.
Vernicis,
Terebinthinæ, —— —— ana libram ſemiſſem.
Gummi Opopanacis,
Galbani,
Serapini,
Ammoniaci,
Bdellii, —— —— ana uncias quatuor.
Camphoræ,
Karabe citrini,
Olibani,
Myrrhæ Alexandrinæ,
Aloës hepaticæ,
Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ,
Coraliorum alborum,
rubrorum,

©BIU Santé

Matris perlarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ medicatæ ſtrigenſis,
Vitrioli albi, ——— ——— ana unciam unam.
Mumiæ,
Magnetis,
Hæmatites, ——— ——— ana unciam unam & ſemiſſem.
Florum Antimonii,
Croci Martis, ——— ——— ana drachmas duas.

Ex arte præparata miſceantur, & coquantur ad emplaſtri conſiſtentiam.

Contra inveterata ulcera, nec non recentia vulnera uſurpatur; ferrum, lignum, plumbum & alia quæque è vulneribus ſine dolore extrahit: contra cancrum, fiſtulam, ſcrophulas, ignem perſicum: nervis truncatis aut contuſis optimum eſt remedium. Vires ſuas ſervat integras per annos quinquaginta.

Emplaſtrum de Sapone.

℞. Olei Olivarum, ——— ——— libram unam.
Minii,
Ceruſæ, ——— ——— ana libram ſemiſſem.

Coquantur ad mellaginem, poſtea addantur.
Saponis Genuenſis in tenues particulas inciſi, unciæ quatuor.

Poſt diſſolutionem coquantur iterum ad debitam emplaſtri conſiſtentiam, poſtea miſceatur
Terebinthinæ, ——— ——— uncia una aut q. ſ.

Conficiatur ſecundum artem.

Potentiſſime reſolvit: doloribus capitis, menſium & ſecundinarum retentioni (partibus ſcilicet laborantibus admotum) ſuccurrit: perniunculos curat.

Sparadrap, vulgò Tela Gualteri.

℞. Maſſæ Emplaſtri Palmei,
Diachil. ſimplicis, ——— ana libram unam.
Pulveris Ireos florentinæ, ——— uncias quatuor.

Miſce omnia, & calido adhuc emplaſtro immergatur tela, jam vetuſtate attrita, & utrinque imbuta retrahatur, extendatur, perpoliatur & reponatur uſui.

Cinnabaris vel minium, vel odoramenta, ſi viſum ſit, addantur.

Fonticulis & ulceribus inſervit.

©BIU Santé

Emplaſtrum Veſicatorium.

℞. Piperis longi, —— —— drachmas duas.
Euphorbii,
Seminis Sinapi, — —— ana unciam ſemiſſem.
Cantharidarum, —— —— uncias quatuor.
Picis navalis,
Ceræ citrinæ,
Reſinæ,
Terebinthinæ, — —— ana uncias tres.
Miſce lege artis.
Vires ex nomine deſume.

©BIU Santé

COLLECTANEORUM PHARMACEUTICORUM CLASSIS QUINTA ET ULTIMA.

DE CHYMIA.

SECTIO PRIMA.

De Præparationibus ad Chymiam generatim pertinentibus.

ARTICULUS PRIMUS.

De Deſtillatione in genere.

DESTILLATIO eſt halituum è re exhalabili per calorem attenuatorum ſublatorumque, in liquorem collectio; ſeu, deſtillatio eſt partium humidarum vel oleoſarum in halitus fumoſve, vi ignis extenuatarum atque elevatarum extractio. Triplici modo ex conſenſu omnium Chymicorum inſtituitur, per aſcenſum, per deſcenſum, & ad latus. Multiplex autem ac diverſa in liquoribus qui deſtillantur deprehenditur ſubſtantia, quæ quidem diverſitas provenit à variâ connexione & diſpoſitione partium, unde variis titulis venit inſignienda.

©BIU Santé

Aquoſa, ſub nomine phlegmatis,
Spirituoſa, quæ nomine mercurii intelligitur,
Oleaginoſa, ſub nomine ſulphuris,
Salina, ſub notione ſalis volatilis, vel fixi, vel ex utroque mixti.

De quibus ſuo loco, ſicut & de diverſitate lutorum, vaſium, alembicorum & ignis (qui in omni deſtillatione nunquam intermittendus eſt) quorum omnium uſus demonſtratur melius, quam deſcribitur: & quia per diverſas operationes aqua ſeu phlegma, ſpiritus, ſal, & oleum ſæpe eliciuntur ex triplici regno, de iis agendo & operando ſecundùm artem ſuam ſingula dividet & ſeparabit induſtrius Artiſta Galeno-Chymicus.

Nihilo tamen minus generatim notandum eſt, quod quemadmodum plantæ, verbi gratiâ, variam habent naturam, hoc eſt, diverſam partium texturam, ſic ad illarum analyſim inveſtigandam, non eadem operâ nec iiſdem inſtrumentis ſunt deſtillandæ: quædam enim oleum, aliæ ſal eſſentiale: paucæ ſal volatile, quamplurimæ ſal fixum, nonnullæ fæculas ſuppeditant: ſicut & hæ ſunt lignoſæ, illæ reſinoſæ, & tandem cæteræ ſpirituoſæ dignoſcuntur atque diſtinguntur.

Itaque herbæ, ut acetoſa, Bugloſſum, & ſimiles quæ multâ humiditate ſcatent, primo erunt colligendæ, vel antequam ſemen in quibuſdam appareat, vel debitam altitudinem nanciſcantur, quia tunc ſale ſuo eſſentiali plurimum turgent: deinde debent per ſe deſtillari ſine ullâ vel paucâ humoris additione, modo ſint contuſæ, idque in campanis ſtanneis: vel earum ſucci expreſſi deſtillari poterunt in balneo convenienti, calore moderato, ne empyreuma contrahant: poſt modum vaſibus chartâ foraminulis pertuſâ obturatis debent inſolari, præſertim eæ quæ frigidæ ſunt. Qui ad medias extraheret, modo plantæ ſufficienti aquæ quantitate fuerint imbutæ, is ſane vegetabilium virtute frueretur: aqua enim ſeu phlegma vegetabilis, ob ſuum pondus nativum, non ita facile elevatur, cum partibus volatilioribus ſit orbatum.

Sicciores vero herbæ & radices recentes (exſiccatæ enim minoris ſunt momenti, quia pars tenuior expiravit) optime mundatæ, incidantur, contundantur, & affuſâ aquâ fervidâ macerentur per tres circiter aut quatuor dies, deſtillenturque per veſicam cum ſuo refrigeratorio, donec ſaporis mutatio virtutem ex materia deſtillata exhauſtam teſtetur, & tandem oleum, ſi quod extillarit, ſecundùm artem ſeparetur. Veſica debet eſſe ænea, ſtanno undique incruſtata, capitellum præſtat eſſe æneum, ſtanno pariter incruſtatum, quod quandoque ob vetuſtatem exeditur, idcirco cum per cupreum alembicum fluit aqua, ejuſque acidum quandoque abradit de cupro quaſdam atomos, quæ ſenſim aquæ commiſcentur, & naturam ejus quodammodo pervertunt, ſtudioſo Artiſtæ hoc præcavendum erit.

©BIU Santé

Flores quia plerique odoriferi, ~~& magnâ fragrantiâ ſunt prædìti, quidam~~ contundi non debent, ne tali contuſione gratus eorum odor qui conſiſtit in ſale & ſulphure volatili, in quo virtus plantæ conſiſtit, avolet : ſed affundatur aqua fontis vel menſtruum aliud conveniens, ut ſupereminéat ad digitum unum aut alterum, deinde in vaſe clauſo ſecundùm artem per MB deſtillentur. Aqua ex anno præcedenti reſidua in omnibus deſtillationibus cohobatione menſtruum ſuppeditabit aliis omnibus præferendum.

Aromata non exactè conterantur, quia ſal eorum volatile, in quo virtus conſiſtit, ut plurimum avolaret, oleumque tardius ſeſe manifeſtaret.

Aquam deſtillatione elicitam per aliquot dies ſoli expoſitam exquiſiti odoris & virtutis habebis ; ſi verò vinum album pro menſtruo adhibueris, non opus eſt inſolatione, hac etenim operatione ſpiritum ardentem faciliùs tibi comparabis : verùm enimverò flamma quæ concipitur, potius ex ſpiritu vini quam ex ſpiritu vegetabilis oritur.

Vas quod materiam deſtillandam continet igni ſubducendum eſt, finiſque deſtillationi imponendus, antequam fæces omni humore defraudatæ ſint : tunc enim maximam ſpirituum & virium plantarum partem continent; aliàs cavendum eſt ne ulteriori deſtillatione evanidæ fiant, & empyreuma contrahant.

Tempus digeſtionis variat, eſtque in aliis longius, in aliis brevius : recentes enim herbæ ac molliores, breviore ; ſicciores verò atque duriores, longiore tempore opus habent ; ſic etiam ſubtiliores, remiſſiori, ſcilicet per MB vel VB ; & è contra quæ craſſiorum ſunt partium, intenſiori ignis operâ nimirum per arenam vel per veſicam ſunt deſtillandæ. Per retortam deſtillantur mineralia, ut ſal marinum, vitriolum, animalium etiam partes, ut cornu cervi, ſanguis humanus, &c. Sal volatile oleo craſſo & fœtido adeo immerſum eſt, ut nonniſi extremâ ignis torturâ eliciatur.

Materia poſt deſtillationem ſuperſtes & reſidua & fortiter expreſſa comburitur, ex cinere fit lixivium, ex quo lege artis ſal fixum extrahitur, quod ſeorſim in vaſe vitreo bene obturato ſervatur, vel cum ſuo extracto, vel cum aquâ ſtillatitiâ ejuſdem nominis miſcetur, ad drachmas duas pro duabus libris aquæ, quod fiet nonnunquam ut ejus ſcilicet vires augeantur atque conſerventur.

Aquæ ſtillatitiæ ſimplicium, virtutes in ſe continent, ex quibus fuere ante deſtillationem deſumptæ.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 174 sur 262

©BIU Santé

ARTICULUS SECUNDUS.

De peculiari Vegetabilium Deſtillatione.

Deſtillatio Plantæ odoriferæ, v. g. Meliſſæ, Menthæ, &c.

℞. Foliorum Meliſſæ adhuc ſucco turgentis quantum placuerit; contunde in mortario, pone in ollâ terreâ copertâ ad macerandum cum aquâ fluviali, vel cum vino albo, vel cum decocto forti ex eiſdem foliis confecto, & quod melius cum aquâ Meliſſæ anni præcedentis reſiduâ: fiat poſtea deſtillatio igne ſecundi gradus, in alembico æneo cum ſuo refrigeratorio ſtanno obducto, & addito ſuo recipiente & juncturis clauſis. Quando extillarit maxima humiditatis pars, vaſibus refrigeratis & delutatis, materiam in fundo alembici ſuperſtitem exprime fortiter, humiditatem lento igne abſumi ſinas, in vaſe terreo uſque ad mellaginem,+ ſic extractum comparabis. Ex materia craſſiore & terreſtri incineratâ ſal fixum habebis.

+ sic extractum non paratur

Deſtillatio Plantæ non odoratæ, v. g. Acetoſæ, ſcabioſæ.

POne in cucurbitâ æneâ folia Acetoſæ contuſa, &c. affunde aquæ fontanæ vel aliud menſtruum, ut dictum eſt, uſque dum ſupereminneat ad aliquot digitorum altitudinem, ne comburantur folia in fundo vaſis: appone recipiens capitello, mediam liquoris partem extrahe aut paulo plus. Ex materiâ remanente fac extractum, & ſal ſi placuerit.

Deſtillatio Plantarum ſucculentarum, v. g. Portulacæ, Lactucæ, Sempervivi, &c.

EXprime ſuccum, & in vaſe vitreo igne cinerum deſtilla; vel herbæ contuſæ cum paucâ vel nullâ humiditate deſtillentur MB. Aqua extracta inſoletur. Sal fixum habebitur in parvâ quantitate.

Deſtillatio Radicum Aromaticarum, v. g. Imperatoriæ Angelicæ, &c.

INde cucurbitæ vitreæ libras duas radicum contuſarum Angelicæ, v. g. & affunde, ſi placuerit, aquæ Meliſſæ, vel vini albi q. ſ. ita ut menſtruum materiam ſuperet ad aliquot digitos, & tertia vaſis pars ſit vacua: digerantur per duos vel tres dies, & adhibito recipiente cum capitello vitreo & lutato, deſtilla igne cinerum, uſque dum nihil ſaporis vel odoris percipiatur. Aqua ad uſus ſeparatim ab oleo (ſi

©BIU Santé

quod extillarit) ſervabitur : de materia ſuperſtite fac extractum , & ſal ſi opus tibi ſit.

Deſtillatio Seminum & Baccarũm ,
v. g. Aniſi fœniculi Iuniperi , &c.

℞. Seminis Aniſi libram unam , vel quantum volueris, redigatur in pulverem craſſum, indaturque urceo cuidam terreo anguſti orificii , cique addatur vel ſalis vel cinerum clavellatorum pulveriſatorum vel tartari uncia ſemis , vel q. ſ. & vaſe leniter clauſo in loco tepido per plures dies maceretur : tum fiat deſtillatio per veſicam cum ſuo refrigeratorio , prodibit aqua, cui innatabit oleum , quæ à ſe invicem ſeparabuntur , vel per tritorium vel per ſeparatorium , ſubſtractâ aquâ deſcendet oleum , quod ſeorſim ſervari debet. Aquam fæcibus ſeu materiæ denuo reaffunde & deſtilla , idque toties donec nihil olei amplius prodeat , ſubſidente capite mortuo : aquam prius elicitam ut vere ſpirituoſam ſervabis ab aliâ.

Deſtillatio fructuum , v. g. Ceraſorum , Fragorum , &c.

CEraſa nigra contuſa in fimo equino (ſi volueris) per aliquot dies ad macerandum pone, poſtea in alembico vitreo deſtilla.

ARTICULUS TERTIUS.

De Elixiriis & Eſſentiis.

ELixir in officinis eſt liquor ſpirituoſus viribus eximiis prædiţus infuſionis & macerationis ope imprægnatus ; hinc convenit ut plurimum cum tincturis : in hoc tamen differunt,quod tincturæ nonnunquam ex unico mixto fiant, & elixiria ex pluribus ad uſus internos tantummodò deſtinatis , aquæ ſpirituoſæ & ſpiritus ex vegetabilibus mineralibus & animalibus menſtrua ſuppeditant elixiriis extrahendis.

Elixir Proprietatis , Paracelſi.

℞. Pulv. Myrrhæ ,
Aloes hepaticæ ,
Croci , ——— ——— ana uncias quatuor , vel q. v. ſpiritu ſulphuris per campanam deſtillato , humectatis & maceratis affunde ſpiritus vini alkoholizati eam quantitatem quæ ſupereminear ad duos digitos,digere per plures dies,tincturam extrahe,decanta ac ſerva.

©BIU Santé

A putredine conſervat, ciet ſudorem, in ſtomachi cruditatibus atque inde appetitui imminuto confert, morbis malignis, contagioſis, uterinis, hypochondriaciſque proficuum eſt, ad ſcrupulum ſemiſſem per plures dies in juſculo vel liquore convenienti.

Conſiſtentiâ & menſtruo à pilulis Ruffi differt.

Elixir vitæ ſeu Elixir Ambari.

℞. Ambari griſei, ——— drachamas tres.
Moſchi, ——— drachmam unam.
Sacchari candi, ——— uncias duas.
Succini albiſſimi, ——— uncias quatuor.

Hæc omnia ſubtiliter & ſeparatim pulveriſata & mixta, pone in matratio longioris colli, quibus injice

Spiritus ardentis baccarum Juniperi vel olei ſtillatitii earumdem ——— libram unam.

Appone Alembicum cœcum ejuſdem ſtructuræ, & pone ad diſſolvendum & digerendum in fimo equino. Poſt quatuor aut quinque dies effunde per inclinationem materiam adhuc calidam, & filtra per linteum denſum ſpiritu vini prius impregnatum: materiam ſuperſtitem ſerva ad ſuffitus & odoramenta: liquorem repone in matratio, cui adde

Balſami veri Peruviani ——— uncias quatuor.

Juncturis exacte clauſis circula per totidem dies, poſtea in vaſibus propriis & exacte clauſis ſerva.

Panaceam Philoſophicam, aurum potabile longe ſuperat, Balſamum enim eſt vitæ, cum ſenectutem arceat, putredini obſiſtat, ſpiritus vitales recreet, modò ad guttas ſex & amplius in juſculo vel alio liquore per aliquod temporis ſpatium ſumatur.

Eſſentia Anti-hyſterica Iac. le Mort.

℞. Caſtorei optimi,
Aſſæ fœtidæ, ——— ana unciam ſemiſſem.
Oleorum ſtillat. ſuccini, ——— drachmam unam.
Rutæ, ——— ſcrupulum unum
Sabinæ, ——— drachmam ſemiſſem
Camphoræ ſcrupulum unum.
Spiritus vini optime rectificati, ——— uncias decem.

Digerantur leniter ſimul, dein deſtillentur; fæcibus reaffunde ſpiritum abſtractum addendo uncias duas ſpiritus cornu cervi cum ſale volatili permixti, deſtilla denuo ad medias. Spiritus deſtillatus uſui ſervetur.

Summum eſt antihyſtericum, antiparalyticum, & antiepilepticum: ſudores egregiè movet in peſte, in febribus malignis, apoplexiâ: podagricos dolores diſcutit, fœtum expellit ad drachmam ſemiſſem exhibeatur in paroxyſmo.

©BIU Santé

ARTICULUS QUARTUS.

De Extractis.

REi eſſentia vi liquoris alicujus è corpore craſſiore ſeparata, & ad conſiſtentiam melle ſolidiorem, per evaporationem inſpiſſata, extractum nominatur. Quod eâ lege inſtituitur ut brevi compendio minorique mole unius vel plurium medicamentorum ſincerior pars contineatur. Chymiæ enim operâ & labore purum ab impuro, utile ab inutili, homogeneum ab heterogeneo, uno verbo puriſſima quæque ſeparantur à ſuis excrementis, & quiſquiliis, ſeu impuris partibus, quibus miſcentur, ut hoc eſſentiæ vel extracti nomine, vel alio quovis titulo parata, in uſu medico ſint efficaciſſima.

Liquor, cujus beneficio fiunt extracta, menſtruum dici ſolet, quod varium occurrit pro varietate materiæ extrahendæ. Extractionis methodum huc referamus.

Recipe materiæ ex qua extractum parare libet quantum volueris, para ad infuſionem craſſiuſcule pulveriſando ſcilicet, incidendo, radendo &c. Huic affunde menſtruum, ex. gratia, ſpiritum vini, acetum deſtillatum, hydromel vinoſum, aquam æquinoctii verni deſtillatam, rorem maïalem &c. ut ſupereminceat digitis duobus vel pluribus: repone ad macerandum MB. cineris, fimi &c. filtra & decanta, idque toties repete donec menſtruum nullum amplius retineat colorem; tincturas omnes confunde, & abſtrahe lento igne vel MB, donec materia in fundo maneat, & ad debitam conſiſtentiam reducatur.

Extracta ſuppeditare poteſt animalium familia, ex felle nimirum, oſſibus, cornubus, partibuſque carnoſis mediante ſpiritu vini.

Quibuſdam extractis præferuntur tincturæ. Sic mineralium extracta pleraque tincturæ nomen retinent.

Pro variâ partium vegetabilium ſtructurâ diverſæ dantur extrahendi formulæ.

Radicum ſucculentarum, herbarum, florum, fructuum extracta frequentia ſunt, quorumdam ſucci, Rob. ſeu ſapa dicti extractorum loco aſſervari debent: crebriora fiunt ex purgantibus extracta, quam ex alterantibus.

Aromata & reſinoſa ſpiritus vini beneficio promptius obediunt ad extractiones parandas.

Lignorum, radicum ſiccarum, & corticum Jalapii v. g Guaïaci, & S. extractum ſic parabitur. R. raſuræ Guaïaci, q. v. affunde ſpiritum vini optimum, digere vitro clauſo igne cinerum diebus aliquot, ut rubeſcat: dein exprime fortiſſime, ut eliciatur liquor ſpiſſus, rubicundus & oleaginoſus, pluries tincturas repetendo, hinc fiat abſtractio ſpiritus vini, vel per evaporationem, vel per deſtillationem, donec materia in fundo maneat

©BIU Santé

in conſiſtentiam mellis, bulliendoque bullas emittat, non ſecus ac mel ipſum : tunc habebis extractum ſervandum. Si labor ulterius protrahi deſideretur, nullâ factâ abſtractione, aqua frigida in calentes tincturas effundatur, materia coagulabitur ſtatim inſtar gummi rubicundi ; quod modo reſina, modo magiſterium dicetur, ſæpius lavandum.

Reſinarum ſiccarum extractio nonniſi depuratio eſt, fitque in ſpiritu vini optimo : reſinæ autem ſolutæ vel inſpiſſantur, vel affuſâ aquâ (quâ ſulphurea ſpiritus vini natura omnis debilitatur) titulo magiſterii donantur, ut reſina ſcammonii.

Gummi nonnulla titulo quoque magiſterii decorantur, tamen in vino vel aceto diſſolvi, tranſmitti ac coqui poſtulant, ut notatum eſt in claſſe ſecunda, pag. 26. præſertim ea quæ ferulacea & viſcoſa ſunt.

Spiritus vini qui hiſce operationibus inſerviit, per diſtillationem extractus, ad alias ejuſdem nominis operationes iterum poteſt adhiberi.

Melius eſt extractum ſimpliciter ſine correctivis conficere : quod ſi opus ſit pro intentione medici oleum aliquod conveniens ſtillatitium mamacis v.g. Aniſi & S. admiſceatur. Ex materia ſuperſtite & craſſiore ſal lege artis elicietur, & miſcebitur cum extracto pro libitu.

Quod ad menſtruum attinet, illud ſane ſedulum & peritum Pharmacopœum requirit, qui unicuique rei quod ipſi affine & homogeneum eſt adhibere tenetur, ut liquor ſeſe facilius inſinuet, & ex eo partem illam optimam & neceſſariam extrahere poſſit : non enim quivis liquor cuivis extractioni convenit, ſed certus certæ, ſulphureus ſulphureæ, ſalinus ſalinæ : etenim menſtruum vel eſt aqueum, vel ſulphureum & ſpirituoſum, vel ſalinum, vel ex his omnibus mixtum : menſtruo aqueo plerumque ſolvuntur mixta rarioris texturæ, ut ſunt partes animalium, ſaccharum, folia, & quædam ſalina corpora : ſulphurea oleo & pinguibus : ſpirituoſa ſpiritibus, corpora ſalina ex regno metallorum, menſtruis ſalinis, uti ſunt ſpiritus acidi, ſolvuntur.

Tincturarum, extractorum, eſſentiarum, magiſteriorum & reſinarum quanquam non ita mediocris ſit inter ea relatio, & ex eiſdem menſtruis fere conficiantur, in multis tamen differunt.

Primò quod tincturæ ſint extractiones ſine abſtracto menſtruo, adeo ut ſi tincturæ lente inſpiſſentur ad conſiſtentiam mellis, extractum dicantur. Deinde cum exactiſſima rei analyſis beneficio extractionis vel deſtillationis peragatur, fit ut illa pars balſamica à craſſiore corpore purgata, eſſentia per excellentiam appelletur, quia cum eſſentia ſit fons & radix omnium proprietatum entis, deſtillata, tincturæ, extracta & ſimilia relative dicuntur eſſentia : unde ſpiritus, olea ſtillatitia & ſalia eſſentialia quæ ſunt tartarus vegetabilium, abſolute & ſimpliciter eſſentia nominantur.

Extractum

©BIU Santé

Extractum Panchimagogum Crollii.

℞. Pulpæ colocynthidos, ——— ——— drachmas ſex.
Agarici, ——— ——— ——— unciam ſemiſſem.
Ellebori nigri,
Specierum Diarhodonis Abbatis, ——— ana unciam unam.

Extrahe ſecundum artem cum q. ſ. ſpiritus vini vel aquæ roris Maïalis ſtillatitiæ decantatos liquores inſpiſſa leni calore MB ad conſiſtentiam mellis liquidiorem, addendo poſt modnm & miſcendo
Magiſterii ſcammonii pulveriſati, ——— unciam ſemiſſem.
Extracti aloës, ——— ——— ——— unciam unam.

Fiat extractum juſtæ conſiſtentiæ. Quod ſi majorem medicamenti molem adaugere non verearis, Diarhodonis ſpecies utpote aromaticas in ſubſtantia admiſcere poteris. Medicamenti catholici ſeu univerſalis vires æmulatur, omnes enim in univerſum humores extrahit: doſis ad gr. 20. in forma pilulari.

Ex maſſa pilularum ſine quibus, tincturis pluribus & extractionibus juxta regulas ſuperius deſcriptas celebratis, catholicum extractum aliud comparari poteſt, quod huic virtute non cedet.

ARTICULUS QUINTUS.

De Tincturis.

Tinctura dicitur quando menſtruum colorem, odorem, ſaporem, omnes denique mixti qualitates præcedente digeſtione & abſque ſedimento in ſe continet: differt tinctura à magiſteriis, quod hæc ſint ſeparationes per præcipitationem: ab extractis, quia ut dictum eſt, menſtruum mediante aliquo ignis gradu, per evaporationem diſſipatur.

Menſtruum autem ſingula mixta ſuum habent proprium. In vegetabilibus tamen ſpiritus vini utpote convenientior, & magis analogus primas tenet, ſeparat enim & ſeparatas mixti partes conſervat (abjectis inutilibus) ad medici ſcopum neceſſarias.

Modus extrahendi talis eſſe debet, abſinthium v. g. bene mundatum & in mortario marmoreo contuſum, maceretur igne cinerum in cucurbitâ bene obturatâ & clauſâ cum ſpiritu vini ad eminentiam trium aut quatuor digitorum, per ſex vel octo dies, ſæpius materiam agitando, liquor à fæcibus remanentibus detractus, ſervabitur in vaſe ſtudioſe operculato.

Notabis obiter quod etiamſi plerique per ſpiritum vini tincturas vegetabilium non reſinoſorum extrahere ſoleant, nihilominus tamen Chymici non pauci, nec minoris litteraturæ, eas cum aquâ eorumdem vegetabilium ſpirituoſâ cedere non debere, forte non male judicant.

X

©BIU Santé

ARTICULUS SEXTUS.

De Spiritibus.

EA quæ deſtillatione parantur, deſtillata appellantur: quæ vel formam aquæ vel olei referunt: de oleo dicetur articulo ſequenti. Quæ aquæ naturam retinent, duplicia ſunt; vel enim ad naturam aquæ propius accedũnt, & aquæ ſimpliciter appellantur, vel ſpirituoſa plane ſunt, quæ ſcilicet ſpirituoſis partibus abundant, & tunc ſpiritus nominantur.

Spiritus ſuppeditant mineralia, vegetabilia, & alia. Hic tantum agitur de ſpiritibus vegetabilium, prout ab aquis phlegmaticis differunt per ulteriores macerationes, & rectificationes: quâ operatione ſpiritus ab aquis ſegregantur: colore à tincturis diſtinguntur, & ab oleis quam maxime differunt, quandoquidem quod flammam concipit, non ſpiritus eſt, ſed oleum: ut patet in ſpiritu terebinthinæ & ſpiritu vini, qui impropriè ſpiritus dicuntur, & tamen olei ætherei naturam redolent.

In deſtillatione ſpirituum inflammabilium vaſa quo altiora eo meliora, ut ſpiritus illi ſubtiles à phlegmate faciliori negotio poſſint ſeparari: acidorum vero ſpirituum quo depreſſiora, eo meliora.

Vegetabilium ſpiritus ſic parabis. ℞. Abſinthii vulgaris contuſi & contriti q. v. perfundatur aquâ ſimplici calente, addito ſale communi vel cereviſiâ (ſi ita viſum fuerit) pro fermentatione. Vaſe diligenter obturato, ne ingrediatur aër, & fœtorem rei putrefaciendæ vel macerandæ impertiat, ſuper omnia fugiendum, & ne ſpiritus exhalent: ſic macerationem accelerabis, & materiam à fœtore liberabis: fiat digeſtio in cellâ vinariâ per dies quindecim vel donec acidiuſculum & vinoſum ſpiret odorem, tum per veſicam deſtilla uſque ad totalem fere ſiccitatem, cavendo tamen ab uſtione; aquam prolectam novo abſinthio mundato & contuſo ut antea affunde, & deſtilla iterum, donec ſpiritum abſinthii fortem nanciſcaris, qui olei quidpiam continebit, per filtrum ſeparandum.

Pari præparatione fiunt ſpiritus Cochleariæ
Meliſſæ
Roſarum, &c.

©BIU Santé

ARTICULUS SEPTIMUS.

De Oleis Stillatitiis.

NOn inutiliter de oleis ſtillatitiis & eſſentialibus huc monendum occurrit. Jam enim diximus triplicem eſſe deſtillationis modum, quo oleum ex triplici familia elicitur per aſcenſum, per deſcenſum & ad latus.

Per aſcenſum extrahitur oleum, quando cum aqua & ſpiritu oleum evehitur, quod poſtea ſeparandum eſt, ut in deſtillatione Aniſi, Juniperi, &c. evenit.

Alterum deſtillationis eſt genus, quod per deſcenſum vocant, ubi ſcilicet liquor ex reſolutis halitibus collectus, non ſurſum fertur, neque ad latus, ſed infra tendit, atque in vas ſuppoſitum deſtillat: quod patebit in deſcriptione olei de caryophyllis aromaticis.

Tertium deſtillationis genus ad latus venit, quando ſcilicet halitus & ſpiritus non ſurſum rectâ in alembicum aſcendunt, ſed per latus atque oblique in recipiens tendunt. Vas per quod hæc deſtillatio peragitur ſeu vitreum ſeu terreum, retortam vocant. Sed recipiens ampliſſimum requiritur, ne ſpiritus luta permeent & vaſa diſrumpant. Hoc labore eliciuntur olea de Vitriolo, Karabe, Buxo, & ſ. quod quidm olei genus fœtorem redolet non exiguum.

De pluribus dictum eſt ſupra, de quibuſdam ſigillatim tractabitur ſuis propriis articulis, ut non opus ſit ea modo enumerare; ſatis ſuperque erit Pharmacopœo, ſi ex arte & ſtudioſe ea ſeparet, ſive per tritorium, ſive per goſſypium, ſive per chartam bibulam, in qua oleum remanet, & à liquore ſeu ſpiritu ſegregatur.

Caveant autem Pharmacopœi ne olea expreſſa pretioſiora à mercatoribus coemant, ſed propriâ induſtriâ ipſimet conficiant, ſive exprimant: etenim iſta raro pura ſunt, ſed ut plurimum adulterata venduntur.

Pari modo extrahatur oleum ex

Seminib.	Aniſi,	Aromat.	Cinamomi,
	Carvi,		Caryophyllorum
	Cumini,		Lavendulæ, & ſ.
	Fœniculi, & ſ.		
Lignis	Saſſafras,	Baccis	Juniperi & ſ.
	Rhodii, & ſ.		

©BIU Santé

ARTICULUS OCTAVUS.

De Salibus.

SAl tripliciter diſtinguendum eſt ac diſcriminandum : aliud enim eſt ſal minerale ſeu foſſile : ut ſal gemmæ, quo quidam utuntur in cibariis ; aliud eſt marinum, quo nos in eſculentis utimur, cujus præparationes vide ſuo loco. Tertium denique eſt ſal artificiale, ſeu chymicum, ut ſal Abſinthii, Betonicæ & ſ. Salium porro chymicorum magna datur differentia : quædam enim eorum volatilia ſunt, quæ inſtar ſpirituum levi ignis calore concitata ſublimia petunt : quædam fixa per calcinationem & omnimodam (Vulcani violentiâ) mixtorum deſtructionem parari ſolita: quædam demum eſſentialia ex ſuccis vegetabilium educi nata, mediæ quaſi naturæ inter utraque, volatilia ſcilicet & fixa.

Hæc ſeparatim examinanda ſunt; ſed prius id notandum eſt, quod ſal duobus modis conſideratur in officinis noſtris. Primo quatenus eſt mixtum, quando ſcilicet partibus fixis & terreſtribus conſtat, & eſt ſal commune, quod ſi ad naturam aëream & volatiliorem accedat, ſal ammoniacum nominatur, quando naturæ fuſilis ſeu aquæ particeps eſt, ſal petræ, ſeu ſal nitrum dicitur, & ſic de cæteris. Secundo examinatur quatenus eſt principium quod per minutiſſimas plantæ partes diſperſum, cum aliis duobus activis principiis ſulphure nimirum & mercurio deliteſcit & latitat, & quod ab iiſdem principiis, operationibus noſtris, incineratione nimirum & artificioſo lixivio diſtinguitur & ſeparatur. Divinum illud munus ſecundum Homerum rebus omnibus ineſſe, illudque arte chymica ſeparari poſſe certiſſimum poſt Ariſtotelem experientia laborque ſatis comprobarunt : illud autem ſulphureum & pretioſum naturæ balſamum eſt, quo omnia vigent, animantur, reviviſcunt & efflorescunt.

De Salibus Volatilibus.

ANimalia præ cæteris vegetabilibus nimirum & mineralibus uberiorem ſalis volatilis præbent abundantiam & quantitatem ; animalia combuſta mera ſunt alkalia fixa, combuſtione enim virtutem ſibi propriam & eſſentialem quodammodo, ne dicam omnino, deponunt.

Quod unicuique metallo & minerali proprium & officinale ſit, dicetur peculiariter ſuo articulo. Aliter enim ex vitriolo, aliter ex marte, aliter ex ſulphure & ſ. ſal extrahitur.

In plantis nomine ſalis volatilis intelligimus partem mixti volatiliorem, quæ duobus modis deſtillationis elicitur, per aſcenſum & ad latus. Quod per aſcenſum exiguum admodum eſt, præſertim ex herbis

©BIU Santé

ſucculentis, ut portulaca ſempervivo, eruitur; quandoquidem ab eis nonnihil ſalis fixi poſſit expectari, & partes omnes vegetabilium non æqualiter reſpondent labori. Ad latus verò eodem extrahitur modo, quo illud quod ex animalibus, ſed cum hac differentia, quod cum ſit fœtidum, ita etiam ſummopere penetrans, & facile ab aëris aciditate diſſolubile, quod valde præcavendum eſt.

De Salibus fixis.

INter vegetabilia ſale fixo luxuriat kali, quod ad nos ſub nomine ſodæ aſportatur. Cætera vegetabilia tantam ſalis copiam non ſuppeditant, ut jam notatum eſt: lotionibus, filtrationibus, coagulationibuſque iteratis præmiſſâ incineratione ſalia dealbantur. Sed quod ignis violentiâ & ſulphuris admixtione efficitur album, virtutem ſibi propriam non retinet, quoniam non purum alienoque corpori eſt permixtum. Ut nativas igitur integraſque quantum fieri poterit, poſſideat vires: tantummodo ſufficiet ſolutio cum filtratione & coagulatione.

Communis tamen ſalium conficiendorum modus huc eſt referendus. Recipe herbas non omnino ſiccas quaſcunque volueris cum ſtipitibus v. g. Abſinthii, Centaurei minoris, & ſ. Incende ſub camino ut redigantur in cineres, agitando illas interdum forcipe, pone in vaſe convenienti, illiſque affunde aquæ ferventis quantum ſatis, ſæpius recenti reaffuſâ, donec cuticula quædam appareat, pone in cellâ ad cryſtalliſandum, cryſtallos exime, liquor reſiduus effundatur, & iterum evaporetur ad ſiccitatem uſque, remanebit ſal fixum dictum, quod lotionibus & cæteris operationibus ſupra enumeratis ad albedinem reduces: cryſtalli interea exſiccentur. Quod ſi ulteriorem albedinem obtinere cupias, exime hoc ſal, & in crucibulo ignito ſuper carbones accenſos pone, vel cum ſulphure fortiter reverbera uſque ad albedinem, refrigeratum ſolve in aquâ & evapora igne lento ad ſiccitatem, & habebis ſal albiſſimum.

Salia lixivialia ignis violentiâ plantæ naturam & virtutem retinent exiguam, generatim tamen ſalia omnia ad medicaminum tincturas extrahendas inſerviunt, diaphoreticis & diureticis cum utilitate admiſcentur.

Putrida ligna & cariaria licet ſummo ſtudio in cineres redigas, ex illis tamen ſal non elicies, ſal quippe eorum humiditate eſt diſſolutum.

Salia officinalia ſint ex omnibus plantis, præſertim

Abſinthio,
Artemiſia,
Argentina,
Carduo benedicto,
Centaureo minori,

©BIU Santé

Junipero,
Ruta,
Scorzonerâ,
Cichorio,
Tamariſco, &c.

De Salibus eſſentialibus.

℞ Plantæ cujuſvis recentis & ſucculentæ acetoſæ verbi gratia amplam foliorum quantitatem, contunde in mortario ligneo vel lapideo, deinde affuſâ aquâ fontanâ ſatis copioſe, coque ad medietatis conſumptionem, decoctum coletur fortiter exprimendo, albumine ovi clarificetur & filtretur: colatura iterum coquatur, donec pellicula in ſummitate concreſcere incipiat, reponatur in vaſe fictili loco frigido ſaltem per octiduum, ut in cryſtallos concreſcat in modum ſalis gemmæ, quod effuſo decocto colligatur & ſiccetur. Decoctum reſiduum iterum ponatur in arenâ ad evaporandum, & poſtea in cellâ ad cryſtalliſandum ad uſum.

Sal eſſentiale cum ex nullâ aliâ ſubſtantiâ componatur, principium elementale vere & recte nominari debet: eſſentiam etenim & radicalem plantæ virtutem poſſidet, & craſin ſui concreti refert. Tartarus dicitur, licet tartarus ſimpliciter de vino intelligatur.

ARTICULUS NONUS.

De Magiſteriis.

SPecies eſt chymica, ſeu pulvis chymicus, qui ex ſolutione factus, & liquoris alicujus affuſione præcipitatus, reſidet: illudque vel ſiccum ſeu album, ut magiſterium perlarum; vel reſinoſum ut magiſterium ſcammonii: accurate tamen loquendo magiſterium vocatur, ubi nonnihil menſtrui cum eſſentiâ extractâ conjunctum manet.

Hac ratione ſic præparata calces evadunt, compoſitæ ex certis quibuſdam ſalibus corroſivis: non ſolum inutiles & nullius efficaciæ, ſed & rejiciendæ ut alienâ corroſivâque qualitate impregnatæ, quod patet in diſſolutione Coraliorum, adeo ut etiam ſi pluries repetatur eorum edulcoratio, ſalia tamen acida à pulvere magiſterii vix ſeparari poſſint.

Magiſteria fiunt ex triplici regno, quorum menſtruum nunc habetur aqua fortis, aqua regia, ſpiritus nitri, aluminis, veneris, vitrioli, aceti; nunc ſpiritus vini qui cum reſinoſis oleoſis ac ſulphureis vegetabilium partibus ſit magis analogus, extractum potius quàm magiſterium conſtituit: quo in caſu vegetabilia ſpeciatim à mineralibus diſtinguntur, in eo quod liquor qui diſſolvit, & liquor qui præcipitat omnis

©BIU Santé

ſalſedinis & corroſionis ſint expertes, quod in ipſa reſina jalapii vel ſcammonii patet, quorum diſſolvens eſt ſpiritus vini, & præcipitans eſt lympha pura.

Cum itaque mineralium & animalium magiſteria nullius ſint prorſus virtutis, & nullas habeant vires, illis potius præferenda ſunt nude præparata, ſic dens apri nudè præparatus in pleuritide præferendus magiſterio : cranium humanum nudè paratum in epilepſia præferendum magiſterio è cranio humano ; quia quæ ſunt antea diſſoluta, non amplius indigent diſſolutione, nec poſſunt diſſolvi à menſtruo ſolutivo ventriculi, ideoque ventriculi morbis non ita convenientia.

Magiſteriorum ergo deſcriptionem non eo animo huc retulimus, ut cuiquam eam imitandam proponere velimus ; ſed tantummodo ut in Collectaneis noſtris nihil eorum quæ communiter traduntur, deſiderari videatur.

Ex mineralibus ſic parabitur magiſterium. Materiam, ex quâ magiſterium eſt, tere aut comminue craſſiuſcule, huic affunde liquorem convenientem acidum vel ſimilem ut ſolvatur, ſolutio autem præcipitetur affuſo alio liquore, cujus vi ſolventis vis obtunditur, pulvis præcipitatus abluatur aquâ communi pluries, ut edulcoretur, & poſtea exſiccetur ad uſus.

Ex herbis & floribus v. g. caryophyllis, ruta &c. nonnunquam fiunt magiſteria, quæ concinnuntur in hunc modum. ℞. foliorum rutæ q. v. bulliant in ſ. q. aquæ oleo tartari per deliquium impregnatæ : colaturâ factâ affundatur q. ſ. diſſolutionis aluminis in aquâ pluviali factæ, ut materia præcipitetur in formam pultis viridis vel alterius coloris, quam aqua communi prius lotam cum ſuâ propriâ aquâ ſtillatitiâ toties lavabis, quoties nihil ſentiatur & percipiatur ſalſedinis vel acredinis diſſolventium.

ARTICULUS DECIMUS.

De Præcipitatione & Sublimatione.

COmmuni jamptidem adagio circumfertur, contrària juxta ſe invicem poſita magis eluceſcere ; idcirco de præcipitatione & ſublimatione paucis hîc dicturus, ambas illas operationes tantopere oppoſitas comprehendere lubet.

1. Præcipitatio eſt ſeparatio particularum alicujus objecti ſoluti, quæ ad fundum deſcendunt, & formam calcis, vel pulveris, vel reſinæ retinent. Sublimatio è contra eſt ſeparatio particularum quæ ad latera vaſis aſcendunt, non ut liquores quemadmodum in deſtillatione, ſed ad modum florum.

2. Sublimatio ignis beneficio & operâ ſemper perficitur : præcipitatio abſque igne.

©BIU Santé

3. Præcipitatio fere ſemper cum alterius additamento abſolvitur. Sublimatio extra additamentum exceptis quibuſdam mineralibus.

4. In præcipitatione particulæ ſolutæ ab admixtione præcipitantis plerumque cum violentia ad fundum detruduntur: in ſublimatione vero flores benigno ignis calore elevati ſuperna petunt.

5. Præcipitatio vulgo in mineralium familia locum obtinet, raro in vegetabilibus & animalibus. Sublimatio triplicem popoſcit familiam.

6. In præcipitatione pulveres præcipitati lotionibus egent, ut acrimoniam quam à menſtruo ſolvente contraxerant, deperdant. Salia vel flores non item.

7. In præcipitatione corpora ſoluta nativas qualitates pro parte immutant, & alias pro ratione menſtrui adjuncti acquirunt, ut patet ex coraliis. In ſublimatione innatæ corporum ſublimandorum qualitates augentur, deteguntur.

8. In præcipitatione quantitas augetur & qualitas imminuitur. In ſublimatione è contra quantitas imminuitur & qualitas augetur.

Ex his & aliis quamplurimis operationum contrariarum diſcrepantiis, quas hîc recenſere ſupervacaneum foret, utriuſque natura & operandi modus facile cuivis innoteſcet, nec difficile erit advertere quam viribus languida ſint iſta præcipitata magiſteria vulgo nuncupata, ut ſuperius annuimus; è contra vero quam utilis & neceſſaria ſit ſublimatio, quippe hujus operâ & beneficio purum ab impuro, volatile à fixo, occultæ prius ac implicatæ medicamentorum vires, expeditiſſime deteguntur, & feliciſſime in apertum explicantur.

Utriuſque operationis conficiendæ methodum conſule ex propriis cujuſque locis infra deſcribendis.

ARTICULUS UNDECIMUS.

De Fæculis.

FÆculæ Gerſæ, ſeu Ceruſſæ nihil aliud ſunt, quàm pulveres ſubtiles farinacei, exiguæ virtutis & efficaciæ, tartareæ cujuſdam qualitatis.

Radices Bryoniæ q. v. abradantur cultello ſuccuſque prælo exprimatur. Hunc in vaſculis nullatenus commotis vel agitatis repone, poſt paucas horas fæcula albiſſima inſtar amyli ſubſidebit, quæ ab aquâ turbidâ ſupernatante, & per inclinationem ſeparatâ deſiccetur in umbra, in vitreis vaſculis ſervanda.

Ita præparantur radices Ari.
Gerſæ ſeu ſerpentariæ,
Iridis,
Tritici Amylum dicti.

Dixi fæculas exiguæ eſſe virtutis & efficaciæ: reſiduum enim illud quod

in

©BIU Santé

in fundo ſubſidet, nihil aliud eſt niſi terra mortua : quoniam ſalia volatilia, particulæ volatiles, & ſpirituoſæ in inſpiſſatione & exſiccatione ſucci evaneſcunt, id in fæcula Bryoniæ inprimis patet, eo quod quando inſpiſſata eſt in fæculam, paucis operatur.

De crocis,floribus,regulis,ſimilibuſque aliis operationibus quæ ad ſupradictas referri non debent, ſuis locis explicabuntur.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 188 sur 262

©BIU Santé

SECTIO SECUNDA.

De Operationibus ad Chymiam ſpeciatim pertinentibus.

ARTICULUS PRIMUS.

De Metallis & Mineralibus.

§. I.

De Auro, ſeu de Sole.

Aurum ſclopetans ſeu fulminans.

REcipe Auri laminati, & in fruſtula redacti. q. v. ſolve digerendo in aquâ regiâ, ſolutioni affunde guttatim ſufficientem quantitatem olei Tartari per deliquium, donec ſolutio clara & alba evadat, ſic præcipitabitur ſol inſtar limi: ſole ex omni parte præcipitato, elue ſalſedines aqu' communi, calcemque ſolis, calore hypocauſti leniſſimo exſicca, ve ſponte ſuâ exſiccari permitte; aliter flammam conciperet, nec ſine adſtantium periculo.

Ad grana quatuor vel ſex exhibetur ad ſudores ciendos.

Stomachicum Poterii.

℞. Reguli Antimonii martiati unciam unam, Auri drachmam unam; pulveriſatis affunde nitri q. ſ. & calcina: poſtea nitrum ablue, & pulverem ulteriùs per ſe calcina.

Doſis ad gr. xxx cum vehiculis appropriatis.

Quamvis ſtomacum præcipuè reſpiciat hoc medicamentum, plurimis tamen aliis quoque morbis mederi, prudentem medicum latere nequit.

De Tinctura Auri non habeo quod dicam, cum illius tot extent in autoribus paſſim deſcriptiones, & cum nullus ſit pſeudo-Chymicus cui quaſi ſecretum non ſit tincturæ ſuæ ab auro exrahendæ methodus.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 189 sur 262

©BIU Santé

§. II.

De Argento ſeu Luna.

Lapis Infernalis.

DIſſolvatur Argenti depuratione ſive decupellatione,ut dicunt,preparati pars una ſuper arenam cum ſpiritus nitri tribus partibus, quarum duæ evaporentur: injice poſtea materiam in crucibulum calidum & amplum propter ebullitionem, & committatur igni lento,quouſque condenſetur,& ad olei ſpiſſitudinem deveniat adaucto igne; materiam poſtea projicies in vas ad id paratum (conum fuſorium dictum, quod artiſta lingotiere vocat) aliquatenus calidum & pinguedine oblinitum: materia frigore condenſata,in alio vaſe erit conſervanda, modo ritè obturetur. Cauſticum eſt perpetuum.

§. III.

De Ferro ſeu de Marte.

Chalybis Scobis vel Scoriæ Præparatio.

CHalybis limatura diù aquâ abluatur, & exſiccetur; deinde cum ſucco limonum maceretur, additis quibuſdam ſpiritus aciduli ſulphuris guttulis: iteratâ maceratione in pulverem tenuiſſimum redigatur, ſuper porphyritem, & ad uſum ſervetur.

Purgatio Martis, unde Chalybs.

℞. Martis in lamellas vel virgulas (digiti majoris craſſitudine) redacti partem unam, carbonum ſalicis vel fagi pulveriſatorum, raſuræ cornu vel ungulæ bovis ana q. v. ſtratifica, ac in vaſe clauſo igni committe furni anemii fortiſſimo, horis quatuor aut ſex, in aquam frigidam projice, quamquidem chalybem loco ferri præſtat recipere.

Calcinatio Martis, unde crocus.

CRocus eſt ſubtilior & levior pars Martis in pulverem croceum vel rubrum redacta: cujus duplex eſt genus, aperiens ſcilicet & adſtringens.

©BIU Santé

Croci Martis Aperiens.

LAminis Martis ſeu chalybis ignitis, adeo ut omnino ſcintillent, admove magdaleas ſulphuris, ſic liqueſcit Mars inſtar ceræ, deciditque granulatim in aquam frigidam ſuppoſitam. Maximus requiritur calor, ut ſuccedat operatio, adeoque preſtat officinam fabrilem adire.

Vel limaturæ pars una, ſulphuris pulveriſati partes tres bene inter ſe miſceantur, ponanturque in crucibulo, ſulphur accendatur continuo ſpatulâ ferreâ movendo, ita enim per deflagrationem ſulphuris calcinatur Mars in pulverem rubicundum. Vel

Pone limaturam chalybis puram in vaſe terreo non plumbato, expone ad pluviam, vel quod melius ad rorem maïalem, donec in paſtam redigatur, in umbrâ ſiccetur, tunc rubigine inducetur, quam excipe. Pone iterum ad pluviam vel rorem, ut in eamdem maſſam & ferruginem redigatur. Hunc laborem pluries repete, demum pulveriſa, ſerva.

Virtutem habet reſerandi, aperiendi & attenuandi, ad ſcrupulos duos, modo in ſubtiliſſimum pulverem redigatur, in opiata.

Crocus Martis Adſtringens.

℞. Croci Martis aperientis cum ſulphure calcinati, q. v. in olla candente reverberii igne per ſex horas calcinetur, donec leviſſimus ac rubicundiſſimus fiat.

In Diarrhæa, dyſenteria, aliiſque fluxibus coërcendis eo utimur à quindecim granis ad drachmam unam.

Tinctura Martis.

℞. Limaturæ chalybis per ablutionem purificatæ libram ſemiſſem; Tartari albi pulveriſati libras duas, miſce exactè, & inde ollæ ferreæ valdè capaci, addendo aquæ pluvialis puriſſimæ libras viginti quatuor aut q. ſ. obſervando ollam ultra medietatem non eſſe replendam (alioquin materia quæ bulliendo intumeſcit & attollitur, majori ex parte parietes ollæ tranſiret.) Bulliant omnia per integrum diem, addendo per intervalla aquam ferventem, quæ in defectu præcedentis debet eſſe ad manum, materiam ſemper agitando, quæ ſemper albicans apparebit: poſt duodecim horarum ebullitionem, quod craſſius eſt ſubſidebit : ſubtilius vero ſupernatabit nigricantem præ ſe ferens colorem, decanta, quod clarum erit, filtretur, & in eadem ollâ ferreâ evaporetur, lento igne ad conſiſtentiam ſyrupi liquidioris.

Præſtantiſſimum eſt remedium pro obſtructionibus in cachexia, hydrope, retentione menſtruorum, aliiſque morbis ab oppilationibus ortum ducentibus. Exhibetur à drachmâ unâ ad unciam ſemiſſem, & ultra, in juſculo & aliis liquoribus, præmiſſis remediis univerſalibus.

©BIU Santé

Sal ſeu Vitriolum Martis.

℞. Limaturæ chalybis puriſſimæ libram unam, projice in matratium amplum, cui ſuperfundantur ſpiritus vitrioli rectificati libræ duæ, cum triplici aquæ fontanæ quantitate: digerantur ſuper cineres calidos per duos dies, dum efferveſcere deſinant, & purior martis pars ſit diſſoluta: liquor filtratus (rejectis fæcibus) evaporetur ultra dimidium, vel quouſque pelliculam in ſummitate contrahat, ſic in frigido concreſcent cryſtalli ſubvirides, poſtea exſiccentur: remanens liquor ad ignem ſimiliter apponatur, poſtea decantetur, evaporetur, cryſtalliſetur & ſervetur uſui.

Minori doſi, vim habet majorem quam variæ croci martis aperientis ſpecies. Ad grana 20. exhibetur. Deobſtruens eſt ſummum, cachexiæ mulierum conducit.

§. IIII.

De Mercurio, ſeu Argento vivo, ſ. Hydrargyro.

MErcurius cenſetur optimus & ſincerus, qui per retortam igne forti propulſus, nihil recrementi relinquit, idque per ſe, vel addito ſale tartari vel calcis.

Qui etiam in cochleari argenteô evaporationi ſuper prunas expoſitus, maculam cochleari imprimit flavam aut albicantem, non nigram aut fuſcam.

Qui præterea per corium vel pannum tranſcolatur, fæcibus craſſis in corio remanentibus.

Qui denique cum aceto, vel ſale, vel aquâ calcis, vel ſpiritu vini pluries lavatur.

Cinnabaris Officinarum Artificialis.

℞. Sulphuris communis uncias quatuor, huic liquefacto affunde mercurii vivi libram unam, ſpatulâ ligneâ agitando, ita incorporetur donec mercurius à ſulphure conſumptus videatur, nec amplius conſpici poſſit. Maſſam refrigeratam tere ſuper marmor, atque ſublima ex ſublimatorio lutato, igne primo leni, dein auctiori &c. primò aſcendet fumus citrinus paulatim rubeſcens, quando itaque fumus nigro rubeſcens aſcendere incipiet, adauge ignem violentiſſimum per horas quatuor vel quinque, & ſublimabitur cinnabaris, adhæreſcetque lateribus ſublimatorii, quam exime, rejectis fæcibus in fundo & capitello reſiduis, per triturationem rubicundior evadet: & eâ utuntur pictores ſub nomine, *vermeillon.*

Y iij

©BIU Santé

Cinnabaris in Mercurium vivum reductio ſeu revivificatio.

℞. Cinnabaris noſtræ artificialis libram unam, pulveriſa & miſce exacte cum calcis vivæ pulveriſatæ libris tribus; pone in retortâ terreâ vel vitreâ lutatâ, dummodo tertia pars ſit vacua, remaneant per viginti quatuor horas, poſtea appoſito recipiente aquâ ſemipleno, ignis ſat fortis gradatim urgeatur, ſicque guttatim deſcendet mercurius. Refrigeratis omnibus aqua ſupernatans effundatur, mercurius in collo retortæ hærens concutiendo ejiciatur. Sordes quibus ſcatere poteſt cum aqua elue, & linteo ſicco humiditas, quæ effundi nequit, abſtergatur.

Mercurius ſublimatus corroſivus.

℞. Mercurii crudi q. p. diſſolve in ſ. q. aquæ fortis generoſæ, vel ſpiritus nitri. Poſt diſſolutionem leni igne menſtruum ad ſiccitatem pulveris auferto: cum hoc miſce æqualem quantitatem ſalis communis decrepitati: ſublimato ſimul igne fortiori, quo uſque mercurius inſtar ſublimati appareat in phialâ: ſic obtinebis ſublimatum corroſivum.

Mercurius dulcis, ſublimatus vulgaris, Draco mitigatus, ſeu Aquila alba.

PUlveriſa in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo uncias ſexdecim mercurii ſublimati corroſivi, deinde miſce exactè mercurii purificati uncias duodecim, donec mercurius vivus ampliùs conſpici nequeat. Hinc ſublimato calore arenæ in phialâ unâ vel pluribus, ita ut duæ partes ſint vacuæ, eorumque orificia chartulâ ita obturentur, ut paululum dehiſcant. Sublimabitur totus fere mercurius, adhæreſcetque lateribus phialæ, remanentibus in fundo fæcibus, quas unà cum nigricante materiâ collo phialæ adhæreſcente rejice; hinc ſublima denuò, idque vice tertiâ, ſi purum inſipidumque ſecundâ ſublimatione non obtinueris.

Humores omnes noxios ſine perturbatione blande expurgat, in conſervâ vel opiatâ ad ſcrupulum unum vel drachmam ſemiſſem vermes enecat, unde infantibus exhiberi poterit, ſed in minori doſi.

Fæces cum materiâ illâ nigricante in pomatis miſcentur pro ſcabie, vel aliis cutaneis morbis.

©BIU Santé

Mercurius præcipitatus diverſi coloris.

℞. Mercurii vivi uncias quinque, aquæ fortis vel ſpiritus nitri uncias decem; miſce, fiat ſolutio ad calorem mediocrem. Solutionem hanc divide in quinque partes.

Præcipitatus Albus.

PRimæ ſolutionis parti affunde muriam, vel ſpiritum ſalis Ammoniaci, præcipitabitur mercurius albi coloris, & ſæpius aquâ communi edulcorandus. Mercurius coſmeticus dicitur, & manna mercurii.

Vel ſolve mercurium ſublimatum in aquâ ſale Ammoniaco impregnatâ, qui poſtea præcipitabitur oleo tartari per deliquium, lotione pluries factâ ſiccabitur.

Furfuribus, lentiginibus, & cæteris vitiis cutis ſuccurrit, ſi pro unciâ unâ unguenti pomati, vel olei convenientis drachma una vel altera miſceatur.

Præcipitatus carnei coloris.

SI ſecundæ parti urinam recentem hominis ſani depuratamque affundas, illico præcipitabitur pulvis carnei & roſacei coloris, poſtea edulcorandus.

Præcipitatus Ruber.

TErtiam partem impone igni in vaſe terreo, ad ſiccitatem evapora, donec rubicunda & ſplendens appareat maſſa. Vel ſi huic dictæ parti oleum tartari per deliquium affundas, rubrum colorem acquiret. Præcipitatum abſolutè vocatur in officinis.

Præcipitatus Coralinus, ſeu Arcanum Coralinum.

℞. Præcipitati rubri ſupradicti quantum placuerit, huic affunde eamdem quantitatem ſpiritus nitri, digerantur ſimul & evaporentur. Eamdem iterum ſpiritus nitri quantitatem pulveri ſuperfunde, digere & evapora, ut antea. Pulveri huic affunde acetum deſtillatum ad eminentiam quatuor digitorum, digerantur ſimul per duos dies, dein evaporetur acetum ad ſiccitatem uſque. Ultimò ſpiritum vini valde rectificatum adde ad ſupereminentiam trium digitorum. Digerantur & poſtea deſtillentur ad ſiccitatem in arenâ. Spiritum abſtractum fæcibus affunde, & denuò extrahe, donec ſpiritus vini acidum acquirat ſaporem. Deinde recentem ſpiritum vini affunde fæcibus, & abſtrahe denuo: pulvis hic uſui ſervetur ſub nomine auri horizontalis. Eo labore dulcem comparabis præ-

©BIU Santé

cipitatum corroſionis expertem.

Præcipitatus Viridis.

VIridis præcipitatus evadet, ſi unciam ſemiſſem veneris ſeparatim aquâ forti ſolutæ in quartâ parte reſiduâ miſcueris, deinde evaporare permiſeris.

Præcipitatus Luteus.

SOlutionis ſuperioris quintæ parti affunde olei tartari per deliquium quantitatem ſufficientem, donec effervescentia ceſſet, tunc præcipitatus evadet lutei coloris, qui turpethum minerale dicitur.

Præcipitatus Luteus alter ſeu Turpethum Minerale.

℞. Mercurii ex cinnabari revivificati uncias quatuor, olei ſulphuris aut vitrioli uncias ſexdecim, miſceantur, retortæ vitreæ imponantur, & macerentur ſuper cineres calidos per 24. horas; quibus elapſis inclinato roſtro aptetur recipiens: aucto paulatim igne, primò prodibit copia phlegmatis, quia corpus mercurii retinet ſpiritum acidum ut vitrioli aut ſulphuris; augeatur ignis, donec portio acidi ſulphuris aut vitroli ſubſequatur relicto mercurio: refrigerato vaſe invenies maſſam albam, quam in mortario vitreo pulveriſabis, ſuper affundendo magnam quantitatem aquæ calentis, & derepente albus mutabitur in flavum: hunc pulverem variis lotionibus aquæ tepidæ edulcorabis, tandem exſiccabis, exponendo in phiala igni arenæ tertii gradus per 24. horas, & uſui repones. Eaſdem vires obtinet, quas præcedens viridis.

Præcipitatus Griſeus.

℞. Turpethum minerale aquâ roſarum lotum & ſiccatum, imbibe cum pyrœno ſeu alkool vini, & (add. camph. in pyrœno ſol. ana) igne pyrœnum abſtrahe ſecundum artem.

Præcipitata generatim per vomitum & per ſeceſſum purgant, ſalivationem inducunt, carnem abſumunt, ulcera, furfures, & lentigines tollunt: cum cautelâ in uſum adhibeantur. Ratione tamen præcipitationis differunt in viribus. Sic albus duplo fortior eſt luteo, ruber duplo eſt fortior albo, præcipitatus albus inſuper eſt coſmeticus, ruber raro interni eſt uſus, niſi ſub titulo arcani coralini, cujus vires conveniunt cum turpetho minerali, per inferiora enim & ſuperiora purgat, magnumque arcanum apud Paracelſum Grollium, & alios ejuſdem nominis autores æſtimatur. Pro hydrope, morbo venereo, podagrâ, ſcabie, ulceribus, cancro,

©BIU Santé

cancro, leprâ, febri quartanâ & ſ. ad grana quinque cum conſervâ adhibetur.

Panacea Mercurialis Regia.

℞. Quantum placuerit cinnabaris, contunde in mortario marmoreo cum piſtillo vitreo, miſce cum æquali pondere limaturæ ferri. Inde retortæ exactè lutatæ, ita ut hoc mixto adimpleatur retorta, pollicis unius ſpatio vacuo relicto, collocetur in fornace reverberii, & collo retortæ recipiens aquâ plenum lutetur, ignem ſubter accende, ſed per gradus ut retorta pariter gradatim calefiat. Hoc modo cinnabaris omnis in mercurium vivum deſtillabitur. Hinc delutatis vaſibus & aquâ recipientis rejectâ, mercurium ſiccum ſæpius per linteum album tranſmitte, deinde per corium bis & ter trajice, indeque matratio vitreo cum ſale optimè purificato & aceto deſtillato, per horam agita, & iterum agita, poſtea totum liquorem per inclinationem effunde, idque ter repete.

Mercurium purificatum & ſiccatum, ut ſupra præſcriptum eſt, pone in retortâ vitreâ cum æquali quantitate ſpiritus nitri rectificati, & applicato recipiente deſtilla ad ſiccitatem, igne ſcilicet arenæ, ſic mercurius ſub ſpecie ſalis in fundo retortæ remanebit cum fixioribus nitri ſpiritibus.

Mercurium hac ratione fixatum pondera, & pulveriſa cum æquali pondere vitrioli ad albedinem calcinati, æqualique quantitate ſalis decrepitati, mixturam pone in cucurbita vel matratio in arena, ſi in cucurbita ſit humilis & capitello munita, fiat ignis ſublimationis gradatim propulſus, uſquedum tota mercurii ſubſtantia in materiam cryſtallinam collo & lateribus cucurbitæ adhæreſcentem coagulatamque ſublimetur. Totam hanc materiam cryſtallinam exime, vaſe virgâ ferreâ prius candenti reſecto, ſuper porphiritem reduc in pulverem cum æquali pondere ſalis puri ſiccatique, & mediâ vitrioli ad rubiginem calcinati quantitate. Hinc fiat ſublimatio ut priùs, quâ peractâ iterum pulveriſetur cryſtallina materia cum æquali pondere novi ſalis purificati, ſublimato ut ſupra; hanc ſublimationem quinquies repetendo, & habebis mercurium ſepties ſublimatum, bis duntaxat cum vitriolo & ſale, & quinquies cum ſale ſolo: demum octavâ vice ſolus pulveriſetur, ſublimetur, exſiccetur & ſervetur in vitro optime clauſo.

Secunda Operatio.

Accipe tertiam partem ſublimati ſuperioris, ſi ſit libra una dicti ſublimati, accipe reguli antimonii uncias octo, terantur in pulverem & miſceantur probè, inde retortæ cui excipulum applicetur, deſtilla igne arenæ gradibus obſervatis. Subſtantia regulina cum ſalibus fixis, ſub formam butyri primo prodibit, poſtea mercurius vivus anti-

©BIU Santé

monii beneficio à ſalibus acidis vindicatus purus effluet. Hinc per corium quater tranſmittes, & cum linteis mundis exſiccabis, ut vitro bene obturato ſervetur.

Tertia Operatio.

℞. Sublimati ſuperſtitis uncias duodecim, tere in mortario marmoreo cum piſtillo vitreo pulveriſato, ut par eſt, adde mercurii ex alterâ parte ſublimati, revivificati vicibus iteratis uncias octo, contunde miſceque ſimul ad totalem mercurii extinctionem, ita ut ne atomus mercurii ſuperſit viva: omnia probe mixta pone in matratio ad ignem arenæ per decem vel duodecim horas, ſic totus mercurius in forma materiæ compactæ & cryſtallinæ aſcendet. Hinc refrigerato vaſe ruptoque à farinâ volatili ſepara, ſeparatam per ſe triturato, indeque iterum matratio ſeu vaſi ſublimatorio, ut aſcendat mercurius ut priùs, hancque ſublimationem ad novem vices reïtera, ſemper à fæcibus in fundo vaſis derelictis, & leniſſimo pulvere ſejungendo ſeparandoque.

Quarta Operatio.

℞. Sublimatum ſuperiùs deſcriptum, ſuper porphyritem cum lapide verſatili per multum temporis in pollinem tenuiſſimum redige, pone in vaſe vitreo amplioris colli, affunde ſpiritum vini alkooliſatum & aromatiſatum cum cinamomo, maci, caryophyllis, corticibus exterioribus citri, ambaro denique, ad eminentiam trium digitorum, agita fortiter omnia ſimul, dein ſpiritum vini per inclinationem decanta, & per infundibulum vitreum inde matratio, materiam ſuperſtitem ulterius pulveriſa ut dictum eſt, iterumque affunde ſpiritum vini aromatiſatum ut prius, hoc reïterando donec tota materia in atomos evadat, & cum ſpiritu vini inter decantandum abeat, quo peracto materiam obturamento ſuo vitreo cooperiatur, reponatur in arena, & per tres ſeptimanas in calore moderatiſſimo ſinatur, deinde totam mixturam bene agitatam effunde in humilem cucurbitam. Hinc applicato capitello cum ſuo recipiente, omnibuſque lutatis, deſtillato igne moderato & leni. Sic prodibit ſpiritus vini ad ſimiles operationes ſervandus: in fundo cucurbitæ remanebit panacea mercurialis optime præparata, quam in vaſe exactè clauſo ſervabis.

Valet in omnibus morbis venereis cujuſcunque generis & naturæ ſint, rheumatiſmo, vermibus, partium obſtructionibus, omnibuſque cutis morbis eſt ſanguinem enim verè purificat.

Modus utendi talis eſſe debet. Accipe panaceam, & in mortario vitreo cum ſuo piſtillo cum ſ. q. gummi tragacanthi in aquâ roſarum diſſoluti in maſſam redige; paſtam hanc in pilulas diverſæ molis configurato, ita ta-

©BIU Santé

men ut maxima non excedat pondus granorum quatuor frumenti : cujus doſis erit à granis ſex ad ſcrupulos duos.

Panacea Univerſalis.

FIat ſublimatum corroſivum modo ſolito, ſublimando ter dumtaxat aut quater, uſurpandum novum ſal & vitriolum recens unaquaque vice.

Nota Pharmacopœum debere propriis manibus hanc facere præparationem, ne ab aliis facta lucri cauſâ, cum partibus arſenicalibus adulteretur.

Accipe igitur hujus ſublimati libras tres, reguli antimonii puriſſimi libram unam, ſeorſim in pulverem redigantur, dein miſceantur, & indantur retortæ proportionatæ, cui recipiens applicatum lutetur. Hinc ignis beneficio prodibit ut ſolet butyrum antimonii, quod ter rectificari debet, mutatis ſemper vaſibus.

Ponderetur butyrum hoc olei conſiſtentiam habens, cui adjunges duplum pondus cryſtalli tartari puriſſimi, quam ipſe præparvearis, quoniam cremor tartari ſæpe cum calce miſcetur; in pulverem redige, cumque butyro antimonii in paſtam formato in matratio vitreo longioris colli, affunde pluries aquæ deſtillatæ quadruplam materiæ quantitatem, matratium obturamento ſuo occluſum in arenâ calidâ collocato, ignem per gradus augeto ad ebullitionem materiæ, quem continuabis per horas octo: dein reïteratis vicibus olei tartari per deliquium beneque filtrati cum cryſtalli tartari eadem quantitate inſtillabis. Omnia ſic mixta calide filtrabis, poneſque in cucurbitâ vitreâ, vel in vaſe terreo ut evaporentur ad ſiccitatem uſquè, agitando ſemper ſub finem materiam, ne ſal in fundo comburatur. Sal ſiccum in pluribus catinis vitreis fere plenis aëri nocturno in locis ſubterraneis expones, quouſque ſal ſolvatur in oleum vel liquorem oleoſum, quem optime filtrabis, & in vitro per vitrum obturato, ſervabis ad uſum.

Vires. Remedium eſt univerſale, noxios quoſvis humores in primis viis ſtabulantes, ventriculo & inteſtinis adhæreſcentes ſurſum deorſumque perblande expurgat. Hinc apoplexiam, lethargum, hydropem, febres cujuſcunque generis & nominis, ſimileſque morbos feliciter fugat. Doſis ad guttas quindecim, vel triginta vel quadraginta pro adultis & aliis ætatibus, juxta medici prudentiam. Datur in liquore quovis, uſurpando poſt juſculum pingue calidumque, quod repetatur, ut facilius operatio ſuccedat.

©BIU Santé

§. V.

De Stanno ſeu de Iove.

Calcinatio Stanni.

STannum purum nec alieno corpore permixtum, vaſe terreo non plumbato poſitum igne nudo liquefiat, & tandiu ſpatulâ ferreâ agitetur, donec ignis violentiâ in pulverem redigatur, qui calx jovis appellatur.

Sal Iovis.

EX calce ſupradictâ parabitur ſal, eo quo inferiùs dicetur modo de ſale ſaturni.

Deſiccativum eſt, & in pomatis uſurpatur contra impetigines, & cutis vitia.

Antihecticum Poterii.

℞. Reguli antimonii præparati (ut dicetur infra) partes duas, ſtanni puri partem unam, fluant ſimul, ubi refrigerata erunt, comminuantur in pulverem tenuem, his affunde nitri puriſſimi ad pondus omnium, exactè inter ſe conterantur, & detonentur per vices, in crucibulo candenti, ut artis eſt. Omnia ubi calcinata erunt ex crucibulo, quod confringes, deſumito maſſam in pollinem ſubtilem conterito, eique aquam calentem affundito, & cum piſtillo agitato: ita enim lacteſcet aqua, quam leviter decanta, novam dein maſſæ ſuperſtiti affunde, & procede ut prius, hocque continua quouſque nulli grumi ſordeſve nullæ remaneant. Lacteum vero liquorem quieto loco repone, & à cineribus defende. Ita enim pulvis candidiſſimus præcipitabitur ad fundum ſupernatante aquâ quæ in ſeſe combibit ſales nitroſos: pulverem ſæpius lava, quouſque totalis nitri acrimonia ablata ſit: exſicca & uſui ſerva.

Pulvis hic exhibetur in febre hecticâ, ut & in hydrope cum Rob ſambuci. In ulceribus malignis inveteratis ſcorbuticis, quæ neque per decocta, neque per benigniora medicamenta Galenica curari poſſunt. In quibuſdam operatur per vomitum, in aliis per ſeceſſum, per urinas, per ſudores, in cæteris per omnia corporis emunctoria.

Methodus utendi hæc eſto. Aſcende à gr. 4. vel 5. eouſque donec æger nauſeam præſentiat, tum paululum de doſi remitte, & eo tenore ſingulis diebus procede.

☞ Si quis vomitum ſuſpectum habeat, ſatius erit antihecticum conficere ex æqualibus partibus ſtanni & reguli, cum ſalis nitri triplici parte detonare & perſequi, ut dictum eſt, quia hac præparatione humores acres obtunduntur, & acidum corruptivum abſorbetur.

©BIU Santé

§. VI.

De Plumbo ſeu Saturno.

Calcinatio ſeu uſtio.

EOdem modo comburitur ſicut æs, quod tunc eſt plumbum uſtum officinarum: modo tamen ſequenti calcinari poteſt. Plumbum nullâ peregrinâ additione liquefactum in crucibulo, rudiculâ ferreâ tandiu hinc inde commove agitaque, donec omnino in calcem cineream converſum ſit, ulteriori ablutione non indigens, niſi requiratur. Si urgeatur ignis fiet pulvis rubicundiſſimus, qui vulgo in officinis minium dicitur, nihilque aliud eſt quàm calx ſaturni reverberata. In reverberatione cave ne iterum fluat, alioquin in plumbum de novo convertetur.

Sal Saturni, ſeu ſaccharum Saturni.

℞ Ceruſæ pulveriſatæ libram unam vel q. v., inde cucurbitæ vitreæ vel terreæ non plumbatæ, ac affunde aceti deſtillati ad eminentiam aliquot digitorum tranſverſorum, poſt effervescentiam digere per duos vel tres dies in arenâ calidâ, tum decanta, & iterum affunde eamdem aceti deſtillati quantitatem, & ſuper arenam digere: hæc operatio tandiu repetatur, donec acetum dulce non amplius fiat. Liquores omnes confuſos lento igne ad pelliculæ apparentiam evapora, in cellâ ponatur, & cryſtalli obſerventur & ſeparentur à liquore, qui iterum lento igne evaporetur ac reponatur in cella ad cryſtalliſandum, donec totum ſal extraxeris, quod per ſolem vel alium calorem exſiccatum in vaſe vitreo ſerva.

Mira præſtat in ulceribus corroſivis malignis, ambuſtis inflammationibus, eryſipelatibus, rubedine oculorum; libidinem arcet ad ſcrupulum ſemiſſem.

Acetum plumbo imprægnatum, acetum Saturni nominatur, quod affuſione aquæ communis lacteſcit, & ſub titulo lactis virginalis uſurpatur. Ex eodem etiam nutritum ſeu balſamum Saturni conficitur, ut dictum eſt.

Magiſterium Saturni.

SOlutioni Saturni inſtilla olei Tartari per deliq. guttas aliquot, donec pulvis præcipitetur, agitatâ materiâ filtretur per chartam bibulam, & remanebit pulvis, qui multoties aquâ communi lotus, exſiccetur.

Intra corpus ſumptum frigiditate ſuâ libidinem extinguit, exterius verò cum pomatis mixtum ad faciem dealbandam, ut Biſmuthum maximè prodeſſe creditur.

©BIU Santé

§. VII.

De Cupro ſeu de Venere.

Cementatio ſeu Æs uſtum.

CUprum ſeu Venus varias ſubit calcinationes. Apud Montepeſſulanos, ſtratificatione laminarum cupri cum uvis aut racemis uvarum flos æris comparatur, ad operationes Galeno-chymicas magis idoneus. Pariſiis ſtratificatur cum ſulphure hoc modo.

℞. Lamellarum veneris q. ſ. fiat in crucibulo cum pulvere ſulphuris ſtratum ſupra ſtratum, ita ut primum & ultimum ſtratum, ſit ex pulvere. Repone crucibulum ad ignem circularem, donec ſulphur ſit abſumptum incendio. Si primâ vice in mortario non facilè pulveriſentur, repetatur ſtratificatio ſemel atque iterum, donec in pulverem redigi poſſint. Hic pulvis tunc eſt ſubniger, ſi paulò diutiùs continuetur ignis, evadet flavus: ſi per horas quinque aut ſex urgeatur ignis, fiet pulvis croceus qui æs uſtum dicitur, ſicut minium de plumbo.

Tinctura Veneris cum cryſtallis.

℞. Viridis æris q. v. ſolve in ſ. q. aceti deſtillati, ita ut emineat duobus vel tribus digitis. Stent in arena per duos vel tres dies ad digerendum, effundatur liquor cærulei coloris. Pone in cellâ ad cryſtallos comparandas, quas ſeparatim ſerva. Reſiduæ materiæ novum menſtruum affunde toties, donec nihil coloris ampliùs retineat, quæ tinctura Veneris dicitur.

Spiritus Veneris.

℞. Cryſtallorum Veneris ſuprà deſcriptarum q. v. pone in retortâ vitreâ, ad deſtillandum, in recipiens capaciſſimum, cujus tamen tertia pars non impleatur. Hinc firma & luto firmiter annecte, ignis gradatim inſtituatur. Liquor primo albus inſipiduſque prodibit, cui ſpiritus volatiles cum nebulis ſuccedent. Urgeatur ignis, donec nihil ampliùs aſcendat: refrigeratis & delutatis vaſibus, ſpiritus proleċtus effundatur in cucurbitam longioris colli, ut deſtilletur ad ſiccitatem, rectificeturque igne moderato, ne quid flavi & rubei aſcendat.

Spiritus Veneris ad guttas octo præſtantiſſimum eſt medicamentum in apoplexiâ, paralyſi, epilepſiâ, aliiſque capitis affectibus. Perlarum & coraliorum diſſolutioni potenter inſervit.

©BIU Santé

§. VIII.

De Stibio ſeu Antimonio.

ANtimonium variis nominibus inſignitur; dicitur lupus, quod ſcilicet omnia metalla præter ſolem abſumat; Prothæus, quod omnes colores Vulcani beneficio induat; Radix metallorum, quod omnibus metallis adjacet; Saturnus Philoſophorum à devorando &c.: quid mirum ſi varias ſubeat præparationes?

Vitrum Antimonii.

ANtimonium pulveriſatum calcinetur in vaſe figulino amplo ac lato non vitrato, continuò materiam rudiculâ movendo, ne concreſcat, quod ſi id præter ſpem evenerit, denuò pulveriſare oportet: deducendus eſt hic labor, ignisque augendus, vel in tantum, ut vas paulatim igneſcat, materiaque cinereum ſeu griſeum acquirat colorem, nec fumum (à quo diligenter cavendum) amplius emittat; calx illa in crucibulo rectè & ſatis fuſa, quod immiſſo ſtylo ferreo experiri licet, effundatur in tabulam lapideam vel pelvim æneam, ut in vitrum abeat: Vitrum ſi adhuc nigrum aut opacum fuerit, iteranda eſt fuſio, donec pellucidum ac hyacinthinum colorem nanciſcatur.

Fuſionem ut promoveas, boracem ad unciam ſemiſſem pro ſingula libra addas.

Crocus Metallorum.

℞ Antimonii electi, nitri puri ana q. v. ſigillatim trita, atque exactè mixta, ferro candente vel prunâ injectâ inflammentur in crucibulo vel mortario ferreo, ut fiat detonatio. Quâ factâ remanebit materia, crocus metallorum (ſeu potiùs propter colorem hepati haud diſſimilem) hepar antimonii dicta, quæ aquâ calidâ pluries lota, à ſordibus & ſcoriis purgata inſervit ad multos uſus. Plurimi non abluunt.

Regulus Antimonii.

℞ Antimonii libram unam, Tartari uncias duodecim, nitri uncias ſex, omnia per ſe ſubtiliſſimè pulveriſata, & trita miſceantur; in crucibulum forte igni impoſitum per vices, & ſucceſſive ingerantur ut fluant, ſuperjiciendo ſtiriam unam aut alteram nitri, ut eò magis à ſcoriis ſeparetur, & inſtar argenti purus evadat; liquefactis omnibus effundatur materia in conum fuſorium vel matratium calens ſebo illitum, concutiendo ſæpiùs, ut ad fundum regulus poſſit deſcendere, qui poſtmodum à ſcoriis regulinis dictis, quæ in ſuperiori parte hærent, ſegregetur.

©BIU Santé

Regulus Antimonii Martialis.

℞ Parvulorum clavorum uncias octo, pone in crucibulo ſatis amplo, carbonibus accenſis bene ignito; quando clavi fuerint ad rubedinem igniti, injice libram unam Antimonii in pulverem redacti, claudatur crucibulum tegulâ: ſi lubeat, addantur (ut breviùs materia fluat) ſalis nitri unciæ tres: poſt detonationem & fuſionem perfectam tum clavorum, tum Antimonii, projice in mortarium vel conum, & procede ut ſuprà. Hic labor ſcoriis exactè ſegregatis cum unciis duabus vel tribus Antimonii pulveriſati bis iteretur. Tunc ſtella apparebit faciliùs, & comparabitur.

Ex regulo Antimonii præſertim Martiali ab artificibus funduntur ſchyphi vel pilulæ perpetuæ dictæ, propterea quòd per longum temporis ſpatium vim ſuam emeticam reſervent: pilulæ illæ devorantur, quæ per alvum dejectæ colliguntur & iterum exhibentur.

Schyphorum & pilularum præcipuus uſus eſt in caſtris aliiſque locis, ubi medicamentorum eſt penuria.

Vitri, croci, reguli utriuſque grana duo vel ſex per inferiora & ſuperiora purgant. Ex eis ſyrupus & vinum conficiuntur. Hoc ad uncias quatuor, prior ad uncias duas exhibetur.

Sulphur auratum Antimonii.

E Fæcibus ſeu ſcoriis reguli Antimonii ſulphur auratum extrahi poteſt, in ſatis largâ copiâ, ſi aqua communis ei ſuperfundatur, & ſimul coquatur per ſemi horam. Tum decoctum filtretur: filtratum cum aceto præcipitetur: præcipitatum edulcoretur & exſiccetur. Vel ex lotionibus ſupradictarum præparationum, procedendo ut ſuprà, aliud comparatur.

Ad vomitum excitandum ad gr. ſex exhibetur.

Diaphoreticum Minerale.

℞ Antimonii crudi rectè pulveriſati libram ſemiſſem, ſalis nitri puriſſimi quoque pulveriſati libram unam & ſemiſſem miſce ſimul, & per vices mixtura in crucibulum ardens injiciatur: ſic materia detonabitur, in albamque maſſam commutabitur, quæ poſt aliquot temporis ſpatium in aquam calidam injecta, adeo moveatur & agitetur, ut diſſolutâ materiâ aqua lacteſcat, à pulvere ſubtiliori ſtibii perturbata, aquam per reſidentiam claram effunde, & recentem ſuperfunde, eodem modo agitando donec nullum amplius aqua obtineat ſaporem: materia poſtea in trochiſcos reducta exſiccetur.

Diaphoreticum illud infringit acidum, putredini reſiſtit, ſudorem movet: ad drachmam ſemiſſem exhibetur ſive in liquore convenienti, ſive in opiatis.

Flores

©BIU Santé

Flores Antimonii.

℞ Antimonii, ſalis Ammoniaci ana : pulveriſentur & miſceantur exactè, ſublimenturque per arenam in cucurbitâ terreâ cum ſuo capitello vitreo (ſufficit alembicus ſine ollis) ut attollentur flores rubri quos aquâ calidâ edulcorare convenit. Variis ignis gradibus, flores colorem facilè variant : qui (quidquid eveniat) lotionibus ſemper indigent.

Vomitum movent ſatis violentum. Horum uſu maniaci, melancholici, quartanarii curantur ad gr. ſex.

Butyrum Antimonii cum Cinnabari.

℞ Mercurii ſublimati corroſivi, antimonii crudi, ana : optimè pulveriſata & mixta indantur retortæ colli brevis, & paulò latioris ad medias : inſtituatur poſtea deſtillatio in arenâ : primò lento igne, donec butyrum aſcendere incipiat, tunc augeatur ignis per horas quatuor aut quinque, ſic prodibit in recipiens primò liquor oleoſus, qui butyrum liquidum antimonii nominatur ; alius poſtea liquor ſuccedet qui ad modum ceræ in recipiente coagulabitur, quod tunc butyrum ſeu oleum glaciale antimonii dicitur. Si collo retortæ inhæreat, cum carbone ſive prunâ candente collum retortæ calefieri debet, ut butyrum liquefactum in recipiens cadere poſſit. Ultimò augeatur adeo ignis ſuprà & infrà, ut retorta fere candeat per tres horas, & habebis cinnabarim antimonii, quam ex collo retortæ collige. Hæc tria ſeparatim & ſtudioſe ſerva.

Ex butyro priùs rectificato modo ſequenti fit mercurius vitæ & Bezoardicum minerale.

Rectificatio butyri Antimonii.

℞ Butyri Antimonii q. v. imponatur retortæ vitreæ, & per gradus deſtilletur, donec omne fere butyrum candidum & clarum aſcenderit, quod ſerva.

Butyrum Antimonii cauſticum eſt inſigne ; eſt enim valde corroſivum, quia copioſo acido olei vitrioli, & ſalis communis eſt imbibitum.

Cinnabaris optimum eſt remedium contra luem veneream & apoplexiam, per ſudores pellit ad gr. 15. in aliquâ convenienti conſervâ.

©BIU Santé

Pulvis Emeticus, ſeu Mercurius vitæ, ſeu Aquila alba, Emetica & purgans.

℞ Olei glacialis Antimonii ſuprà ſcripti mediam partem, vaſi terreo in quo libræ duæ aquæ tepidæ inſunt, inde; & præcipitabitur pulvis albus inſtar nivis; aqua enim ſpiritus corroſivos qui partem regulinam Antimonii diſſolutam conſervabant, adeo imbecilles reddit, ut corpus relinquere cogantur. Præcipitatione peractâ pulvis commoveatur, & reſidere ſinatur, ut ſupernatans aqua per inclinationem in vaſculum effundatur, quam ſeorſim ſerva, quia prima hæc lotio in ſe continet omnes ſpiritus ſalinos, qui antea uniebantur cum Antimonio. Hæc aqua quamdam aciditatem pergratam retinet ob quam ſpiritus philoſophicus appellatur. Hic deinde pulvis abluatur & edulcoretur, ſiccetur, & ſervetur.

Per vomitum & ſeceſſum purgat in febribus intermittentibus, in lue venerea, in obſtructionibus pertinaciſſimis commodè exhibetur, ad gr. 10.

Bezoar Minerale.

℞ Alteram partem olei glacialis Antimonii, injice in matratium ſatis amplum, cui affunde guttatim æquale pondus optimi ſpiritus nitri, cavendo à noxiis vaporibus. His additis mixtis & diſſolutione peractâ, igne arenæ uſque ad ſiccitatem evapora: affunde iterum pulveri in matratio jam ſiccato, eamdem ſpiritus nitri quantitatem, fac iterum evaporare uſque ad materiæ ſiccitatem, quod tertiò repetes. In fundo cucurbitæ reperies materiam albam ſiccam & friabilem, quam in pulverem redactam diligenter ſervabis.

Ut Bezoar animale, ſudores movet, ad ſcrupulum unum.

Tinctura Antimonii.

℞ Antimonii ſalis Tartari ana, contundantur craſſiuſcule, & ponantur in crucibulo ardenti, fluant ſimul per horam unam aut paulo plus. Dein refrigeratis omnibus pulveriſetur materia, pulveriſatæ ſuperfundatur alkool vini puriſſimum ad eminentiam duorum digitorum, digerantur ſimul per dies aliquot, donec ſpiritus vini colore rubro tingatur, tunc clarum à fæcibus ſeparetur, ad uſum.

Tinctura Antimonii eſt cardiaca, omnibus obſtructionibus, uterinis, hypochondriacis, febribuſque convenit, ſudores movet: doſis eſt guttarum viginti.

©BIU Santé

§. IX.

De Calce & Lapidibus.

CAlcis ablutionem invenies in claſſe ſecunda de præparationibus paginâ 18.

Lapis Cauſticus, ſeu Septicus.

℞ Calcis vivæ libram unam, cinerum clavellatorum libras duas miſceantur & infundantur in libris decem lixivii ex cineribus corticis fabarum parati, ſubinde baculo tota mixtura agitetur, poſtea coletur, ter quaterve dum aqua clara evaſerit, quæ æneo vaſe excepta coquatur igne luculento ad aquæ conſumptionem, non tamen ad perfectam lentoris exſiccationem. Tum ex maſſa fiant cauteria multa multiplicíſque magnitudinis, quæ in vaſe vitreo oris anguſti diligenter operculato ad futuros uſus aſſerventur.

Lapis Medicamentoſus, Crollii.

℞ Vitrioli viridis ——— libram unam.
Albi ——— libram ſemiſſem.
Aluminis ——— libram unam ſemiſſem.
Anatron, id eſt fellis vitri,
Salis communis ——— ana uncias tres
Tartari,
Abſinthii,
Artemiſiæ,
Cichorii,
Perſicariæ,
Plantaginis, ——— ana unciam ſemiſſem.

Ponantur in ollâ novâ vitreatâ, affunde modicum aceti roſacei, coque igne carbonum lento, ſæpius agitando, ubi incipit ſpiſſeſcere, adde

Ceruſæ Venetæ, ——— libram ſemiſſem.
Boli Armeniæ ——— uncias quatuor.

Diligenter miſceantur omnia, donec igne mediocri in lapidis duritiem maſſa concreverit, quæ poſtmodum fractâ ollâ eximenda, & ad ſuos uſus aſſervanda.

Si myrrham videlicet & thus addere volueris, inſtituatur coctio lenta ne comburentur, & vis illorum igne evaneſcat.

Virtutes varias habet, quarum hæ præcipuæ ſunt: ulcera ſcilicet & inflammationes tollit, deſiccat: curat eryſipelata, ſcabiem, tineam, ſer-

©BIU Santé

pigines, ambuſta, ani ficus.

Modus utendi is erit, uncia una diſſolvatur in libra una aquæ pluvialis vel fluvialis, non fontanæ, poſt filtrationem utere tum lavando, tum linteolum imponendo, ac imbuendo.

Lapis aquarum mineralium æmulus.

℞. Limaturæ chalybis ſubtilioris partem unam, Tartari albi partes duas, inter ſe miſceantur, ponantur in cucurbitâ affundendo aquæ vitæ q. ſ. radiis ſolaribus, vel balneo mariæuſque ad ſiccitatē macerentur, idq; toties repetatur quouſque omnia inter ſe unita & exquiſite diſſoluta in globulos magnitudinis minoris ovi efformari poſſint ſervandos ad uſum. Quorum unus in aquæ fluvialis pintis duabus diſſolutus & filtratus exhibeatur ſingulis diebus jejuno ventriculo, vice aliarum aquarum mineralium exoticarum pro cacoëticis, hydropicis, ictericiiſque morbis.

Oleum Philoſophorum, ſeu de Lateribus, Meſue.

Lateres ex terrâ rubente multùm antiquatos in fruſta comminutos, carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant. Tunc concha oleo roris marini vel antiquo claro plena extingue, & quod fieri poteſt oleo imbue: ſicca per ſe in caſulis, poſt minutiſſime tere, & vaſi per ſublimationem vel retortam deſtillandum trade, luto Chymiſtarum, capitello applicato committe, carbonibus in fornace accenſis, coque, donec oleum deſtillet in phialam vitream naſo imo capitelli agglutinatam, quam exactè obſtructam reconde, & ſerva. Quantò autem antiquius, tantò valentius.

Oleum Philoſophorum, quod oleum ſapientiæ & perfecti magiſteri, benedictum, divinum, & ſanctum quidam vocarunt, veterum omnium conſenſu eſt efficaciſſimum: mirum enim in modum penetrat: epilepſiæ, paralyſi, vertigini, oblivioni medetur: lienis, renum, veſicæ, uteri, nervorum, articulorum omnium & reliquarum partium nervoſarum doloribus frigidis omnino confert.

Oleum Philoſophorum duplex eſt, naturale, quod minerale marinum ex inſulis & ſcopis fluit, naphta dictum: quod ſubalbidum optimum, ſubruſum, medium, ſubnigrum & craſſum peſſimum. Aliud artificiale de quo ſuprà.

©BIU Santé

§. X.

De Sale communi.

Calcinatio Salis.

SAl calore irritatum crepitare ſolet, quare operæ prætium erit ad ignem vaſe terreo non plumbato operculato apponere, donec non amplius crepet, quod tunc decrepitatum ſal dicetur.

Spiritus Salis.

℞. Salis communis exſiccati & pulverati libras duas, impaſta vel malaxa cum argillæ figulinæ bolive libris quinque vel ultra. Forma orbiculos, quos ad duritiem exſiccatos, impone retortæ terreæ, vix ad medietatem implendæ. Jungatur recipiens ſatis capax, lutatis vaſibus, ſervatiſque ignis gradibus, inſtituatur deſtillatio: phlegmate egreſſo, & ſeparato, augeatur ignis, donec ſpiritus albi prodierint. Poſt 24. horas operatione peractâ vaſibus refrigeratis & delutatis, liquor reponatur in vaſe exacte clauſo.

Impaſtatur ſal ne fluat, aliter enim ſi fluxerit, ſpiritus non aſcendent.

Diureticus eſt & lithontripticus, mucilaginem tartaream potenter reſolvit, extinguit ſitim, hujus doſis eſt à quatuor guttis ad quindecim & amplius in liquore convenienti ad gratam uſque aciditatem; in febribus ardentibus prodeſt.

Spiritus ſalis dulcificatus.

SPiritus ſalis & vini optimi ana: miſce & circula per plures dies: vel ſi pluries per retortam deſtillentur, unientur quodammodo.

Ob mitigatam ejus acrimoniam faciliùs exhiberi poterit, ad guttas duodecim.

§. X I.

De Sale Nitri.

NItrum quando ſimpliciter præſcribitur, nihil aliud intelligi ſolet quàm nitrum ſine calcinatione, ſed aquæ communis ſolutione, filtratione & evaporatione uſque ad pelliculam, ac demum in loco frigido cryſtalliſatione purificatum.

Vim habet putredini reſiſtendi, ſitim ac æſtum compeſcendi, tartaream ſaburram incidendi, coagulatos ſanguinis grumos reſolvendi, dolores mitigandi, urinas ciendi, id quod etiam lapidi prunellæ adſcribitur.

©BIU Santé

Lapis Prunellæ, ſeu Cryſtallum minerale.

℞. Nitri puriſſimi q. v. fundatur in crucibulo, cui injice aliquid ſulphuris puri, & quod melius florum ſulphuris, quod ubi deflagraverit, iterum aliquid ſulphuris immitte, quibus incendio conſumptis, nitrum inſtar aquæ fluidum effundatur in pulvim æneam calefactam, & ubi concreverit, ſervetur in vaſe probe obturato ne ſubeat aër, cujus appulſu quodammodo diſſolvitur : doſis eſt drachmæ unius in libra ſemiſſe liquoris.

Nota Pharmacopæum debere hanc præparationem, & alias omnes propriis manibus perficere : pharmaca enim quæ circumforanei divendunt, plerumque adulterantur, uti præſertim in cryſtallo minerali evenit, cui loco nitri puriſſimi turpis lucri cauſâ alumen ſubſtituunt.

Sal Polycreſtum.

℞. Nitri puriſſimi, ſulphuris communis, ana : terantur ſeparatim & miſceantur. Hæc maſſa per vices ingeratur in crucibulum carbonibus ignitum, comburaturque donec pulvis griſeus remaneat. Tunc pulverem ſolve in aqua fervent, filtra per chartam, & evapora ad ſiccitatem, remanebit ſal albiſſimum : quod ſi per ſex horas urgeatur ignis, rubeus color obtinebitur.

Inſigne eſt deobſtruens in febribus intermittentibus, ſi miſceatur potui ordinario habitâ ratione ægrorum.

Spiritus Nitri.

℞. Nitri mediocriter depurati (gallicè *du houſſage*) partem unam, argillæ vel boli partes tres, miſce & procede eo, quo modo in ſpiritu ſalis. Tamen poſt vapores albos rubri aſcendunt in receptaculum vitreum ampliſſimum, cujus orificium accuratè reſpondeat collo retortæ, & cujus junctura claudatur peculiari luto, quod ſapientiæ dicitur.

Spiritus nitri ſubtiliſſimus eſt ac valde penetrans inter omnes ſpiritus acidos minerales, hinc potenter attenuat & reſolvit. Sudores & urinas movet. Doſis à guttis ſex ad ſcrupulum unum.

Inſervit diſſolutioni metallorum.

Spiritus nitri dulcis.

IN matratium amplum injice ſpiritus nitri & vini optimi ana, cavendo à vaporibus, qui per matratii juncturas evaporantur tempore ebullitionis, quâ peractâ liquor clarus ſeu limpidus ſubſidebit exactè ſervandus.

Nephriticis, hyſtericis, flatulentiſque doloribus auxiliatur uſque ad guttas octo in liquore convenienti.

©BIU Santé

Aqua Cauſtica, ſive Aquæ fortes.

℞. Vitrioli exſiccati, ſalis nitri & argillæ ana, pone materiam priùs ſeparatim pulveriſatam, deinde mixtam, in retortâ terreâ loricatâ, cujus tertia pars ſit vacua, deſtilla igne aperto per gradus, cujus recipiens ſit capaciſſimum. Eſt operatio duodecim horarum.

Eſt menſtruum peculiare, & maxime frequens apud Chymicos pro ſolutione Lunæ, Martis, Veneris, & Mercurii, diciturque ab Aurifabris aqua ſeparatoria.

Aqua Regia.

PUlveriſa ſalis Ammoniaci uncias quatuor, miſce cum ſexdecim unciis ſpiritus nitri vel aquæ fortis ſuperiùs deſcriptæ. Stent in matratio ſatis amplo, & pone igni arenæ, donec ſal ſit diſſolutum, cavendo à vaporibus, repone in vaſe bene obturato. Vel

℞. Nitri partes duas, ſalis gemmei totidem, boli communis triplum, deſtillentur ſecundùm artem. Hæc aqua Stygia, vel Chryſolea Baſilii dicitur, regia nominatur, quia regem metallorum ſolem ſcilicet diſſolvit, ſicut & alia corpora metallica, quæ aqua fortis attingere nunquam ſolet.

Aqua ſecunda.

EA ſervabitur in officinis pharmaceuticis quæ ſit ex aqua forti priori, poſtquàm Aurifabrorum operibus inſerviit: ita ut ignava jam reddita, colorem cyaneum acquiſierit. Quæ cum in uſus medicos revocatur, portionem aquæ plantaginis aut alterius convenientis admittit.

§. XI.

De Sale Ammoniaco.

Purificatio ſeu Cryſtalliſatio ſalis Ammoniaci.

QUia aliquando ſatis nitidum non apparet, ſolvitur in aqua, & poſt evaporationem aliqualem in cella ponitur ad cryſtalliſandum.

Spiritus ſalis Ammoniaci.

℞. Salis Ammoniaci uncias octo, calcis vivæ uncias viginti quatuor, pulveriſentur, miſceantur & deſtillentur juncturis probe munitis lento igne per retortam, cujus recipiens ſit capax, augeatur ignis, & poſt tres aut quatuor horas, ſpiritus elicitus in vitro exactiſſimè clau-

©BIU Santé

ſo reſervetur, cavendo à vaporibus. Vel

Spiritus ſalis Ammoniaci

Cum floribus & ſale fixo.

℞ Salis Ammoniaci, ſalis Tartari vel cinerum clavellatorum ana uncias octo, tere utrumque ſeorſim, miſce & injice in cucurbitam vitream, affundendo aquæ pluvialis uncias quatuor, alembicum adde quamprimum cum ſuo receptaculo, veſicâ juncturis exactè munitis, ponatur in arena, & igne lentiſſimo ſpiritus eliciatur. Deſtillatione peractâ augeatur ignis ad tertium gradum per duas horas, ſublimabuntur tunc flores albi cum pluma colligendi, ſeparatim in vaſe exactiſſimè clauſo ſervandi, ne diſſolvantur.

Materia in cucurbita ſuperſtes diſſolvatur in ſ. q. aquæ, filtretur, evaporeturque ad ſiccitatem: optimum in febribus intermittentibus remedium ad gr. 30.

Spiritus in aqua Meliſſæ vel aliâ ſtillatitiâ ad drachmam ſemiſſem ſolutus, inſignem habet vim excitandi apoplecticos, ſoporoſos, epilepticos, hyſtericos & hypochondriacos: circulationem ſanguinis promovet, fermenta acida temperat & deſtruit.

§. XIII.

De Vitriolo.

Vitriolum album vomitivum, ſeu Gilla Theophraſti.

SOlve vitriolum album in aquâ, filtra & evapora, donec quaſi cruſta ſupernatans appareat, poſtea pone in loco frigido ut concreſcant cryſtalli, quas poſthabitis fæcibus, quæ ſubſident, exime. Aquam evaporare ſinas, reponaſque ut antea. Hic labor tertiò iteretur, coagulando ſcilicet & evaporando. Ultimò procedatur cum aquâ roſarum. Cryſtalli tandem leni calore exſiccatæ redigantur in pulverem album, cujus drachma una exhibeatur in juſculo, vel alio liquore ad excitandum vomitum.

Spiritus vitrioli.

℞ Vitrioli ad albedinem calcinati q. v. vel libras ſex, injiciantur retortæ accuratè lutatæ, modo tertia pars ſit vacua: hinc aptetur recipiens amplum commiſſuris bene clauſis: accendatur ignis gradatim, poſt tres fere horas phlegma ſtillare incipiet, hinc ignis paulatim augeatur per horas circiter ſeptem, albi ſpiritus ad uncias quatuor exibunt ad

aſthmaticos

©BIU Santé

aſthmaticos convenientes ; deinde mutato recipiente & aucto igne media pars deſtillabit, ſpiritus acidus vitrioli dictus ; oleum impropriè dictum, eſt pars vitrioli acidior quæ remanet in cucurbitâ.

Spiritus vitrioli valet ad extinguendos ardores febriles, refrigerat & adſtringit, ad aciditatem in julapiis miſcetur. Oleum potentiùs adſtringit : eſtque præſtantiſſimum catheræticum, inducit enim eſcharam : ſpiritus ſiſtit ſanguinis profluvium, pro menſtruo inſervit multis operationibus chymicis. Oleum externè tantum adhibetur.

Spiritus vitrioli dulcis evadit vel per deſtillationem vel per circulationem, ut in ſale communi.

Ros vitrioli, Angeli Salæ.

Pone vitrioli quantum volueris, in cucurbitâ vitreâ, ad medietatem imple, & ad quartum MB balneum, deſtilla donec omnis humiditas deſtillationi apta profluxerit. Exemptum rorem in vaſe vitreo optimè obturato ſerva.

Valet adverſùs ardentes capitis dolores jejuno ſtomacho, aduſtionem ſanguinis mitigat, omnia viſcera corroborat, cerebrum ſuperfluo calore & ſiccitate debilitatum confirmat ; humidum enim radicale reparat.

Ad drachmas duas poteſt exhiberi.

Calcinatio vitrioli.

IN crucibulo non plumbato vitriolum viride calcinatur ad albedinem, ſi urgeatur ignis, rubrum evadit, quod colchotar dicitur, quodque aqua communi toties abluitur donec omnis ſalſedo & acrimonia prorſus abſumpta fuerit, deinde exſiccetur. Ad hæmorragiam convenit.

Sal vitrioli.

DUæ vel tres libræ colchotaris bulliant in libris decem vel ſ. q. aquæ per duodecim horas, & filtrentur. Super materiam reſiduam projice novam aquam, filtratum liquorem miſce & evapora : reſtabit ſal ad eoſdem uſus, quos Gilla ſcilicet ad 30. grana.

§. XIII.

De Alumine.

Aluminis uſtio.

℞. Aluminis rupei q. v. indatur vaſi figulino non vitrato, vel ſuper patellam ferream, & igne circumquaque accenſo aduratur, donec amplius non ſpumeſcat, ſed albiſſimum leviſſimumque evadat. Tale etiam reperitur poſt deſtillationem quæ fit ex retortâ, obſervatis obſervandis in vitriolo.

Utiliſſimum eſt in vulnerum excreſcentiis carnoſis conſumendis, in putredine arcenda.

Ex Alumine ſpiritus extrahitur.

©BIU Santé

§. XIV.

De Sulphure.

Flos Sulphuris.

℞. Sulphuris contuſi q. v. impone cucurbitæ terreæ vel vice unâ vel per vices & paulatim, ſublima igne moderato in arena ex cucurbitâ terreâ, cui alembicus vitreus ſine luto imponatur, ut hic vel alius auferri, ac poſt exemptos flores iterum & quamprimum (ne accendatur) reponi poſſit.

Calefaciunt & ſiccant, ſunt diaphoretici & ſudoriferi, imo & alexipharmaci. Medentur vulneribus renum & pulmonum. Doſis eſt ſcrupuli, &c. Doſis eſt ſcrupuli unius ad drachmam ſemiſſem, cum opiata, vel conſerva.

Lac ſeu Magiſterium Sulphuris.

℞. Florum ſulphuris uncias tres, ſalis tartari uncias ſex, miſce & affunde aquæ ferventis q. ſ. ut commiſceantur, donec aqua coquendo rubra evadat. Aquam filtra calidè & affunde acetum deſtillatum ut præcipitetur, & colorem lacteum acquirat, multoties aquâ recenti lavandum, & lento igne ſiccandum. Quod modò magiſterium, aliis cremor, aliis butyrum, & lac ſulphuris dicitur.

Vires eaſdem obtinet cum floribus ſulphuris, at multò fortiores. Exſiccat enim ſeroſitates, & ichores thoracis, unde utile aſthmaticis, phthiſicis, catharroſis, tuſſi inveteratæ.

Sal Sulphuris.

Pone uncias quatuor ſalis polychreſti ſuperiùs deſcripti & pulveriſati in matratio ſuper arenam, affunde ſpiritus ſulphuris uncias duas: miſce exactiſſimè, lentoque igne evaporetur humiditas.

Optimum eſt præſidium in obſtructionibus, purgat per inferiora: febricitantibus ad drachmas duas in libris duabus aquæ diſſolutas exhibetur, & cum drachmâ ſemiſſe in juſculo ſitim extinguit.

Balſamum Sulphuris.

℞. Florum ſulphuris uncias duas, olei ſtillatitii Terebinthinæ, uncias quatuor. Digerantur in vaſe vitreo in arena, donec ſolvatur ſulphur, & ſpiritus Terebinthinæ evadat rubicundus. Decanta, & ſerva à fæcibus ſubſidentibus.

Ad ulcera pulmonum convenit in luteo ovi diſſolutum. Balſamum

©BIU Santé

hoc vocatur balſamum ſulphuris Terebinthinatum, ſicut Aniſatum quando cum Aniſo conficitur.

Spiritus Sulphuris per campanam.

HAbendum eſt vas vitreum vel terreum latum paropſidis vel patinæ inſtar, è cujus medio ſurgat meta, ſuprà quam concha vel crucibulum ſtatuatur ſulphure plenum, deſuper campana vitrea aliquatenus madefacta ſuſpendatur, eâ diſtantiâ ne flamma illam attingat: ſic fumus ex ſulphure accenſo aſcendens, in campana condenſabitur, condenſatuſque ex campanæ oris in ſuppoſitam patinam decidet: abſumpto ſulphure novum ſubſtituatur. Si conclave fuerit clauſum, locuſque ac tempus humidum, major olei ſeu ſpiritus quantitas colligitur.

Præparatio compendioſior ſpiritus Sulphuris.

ACcipe magnum & rotundum vas latum, & ex terra confectum ad eorum modum in quibus butyrum aſportatur, quod poſſit continere decem & ampliùs aquæ pintas, cum ſuo operculo ejuſdem terræ. In illud infundes duas vel tres libras aquæ ex fonte deſumptæ, in cujus medio collocabis vas terreum oblongum inverſum, cujus media aut tertia pars ſupra aquam emineat. Poſtea miſcebis quatuor libras ſulphuris pulveriſati, & uncias quatuor nitri pulveriſati, de qua mixtione implebis tigillum, quod ſemper impones vaſi inverſo, & appones ſuper materiam dictam, equiſoleam ardentem, materies ignem concipiet ſtatim, & cooperies eo momento vas illud magnum, ita ùt vapor condenſetur in aqua, cum exitum non reperiat: deinde cum animadvertes contactu operculum refrigeſcere, inde conjicies ferrum non ampliùs ſulphur attingere, vaſe aperto in tigillo novam materiam affundes cum alterâ equiſaliâ ardente ad id paratâ, operi iterum vas & ſic procede quouſque totam materiam conſumpſeris. Vaſibus refrigeratis tigillum cum vaſe inverſo retrahes, poſtea liquorem filtrabis ejuſque humiditatem conſumi curabis, uſquedum liquor acidiſſimus & opacus ſentiatur.

Alia præparatio ſalis & ſpiritus Sulphuris.

℞. Ceræ flavæ libram ſemiſſem, diſſolvatur in amplo vaſe terreo propter ebullitionem, cui adde ſulphuris pulveriſati libram unam, bulliant ſimul donec baculo immerſo color rubeus, fuſcus ſeu purpureus appareat: vaſe extra ignem poſito, injice magnam aquæ quantitatem, ita ut cerâ ſupernatante ſulphur præcipitetur in maſſam, quæ ubi refrixerit, po-

©BIU Santé

ſtea in pulverem reducetur, & aëri per quinque aut ſex dies exponetur, quotidie movendo & agitando.

Poſtea accipe uncias duas ſulphuris ſuprà præparati, & uncias quatuor nitri puri & pulveriſati, inter ſe miſceantur, & cum unciis tribus aquæ vel urinæ deſtillatæ in retortâ optimè lutatâ amplo recipiente, igne gradatim adhibito deſtillabuntur ſpiritus multicolores. Vaporibus nigris apparentibus in aliâ retortâ eadem doſis materiæ ſuprà dictæ ſubſtituatur, ſic progrediendo ad finem uſque materiæ. Maſſa in retortis contenta priùs pulveriſata in alembico ponatur, aqua ſeu ſpiritus elicitus cohobabitur ſuprà maſſam; qui iterum deſtillabitur uſquedum acidus perſentiatur, reſtabit in retortâ ſal in vitreo vaſe clauſo optimè ſervandum.

In variis febrium generibus ſummæ utilitatis eſt. Humorum putredini reſiſtit, eorumque prohibet incendium, vitioſos corrigit, phlegma conſumit, per urinas & poros cutaneos operatur. Eaſdem fere cum ſpiritu vitrioli vires poſſidet, niſi quod non tam adſtringens & gratior etiam guſtui ſit. Inſuper pulmonis & thoracis affectibus convenit quàm maximè. Doſis ad guttas ſex.

§. XV.

De Succino, ſeu de Karabe.

Tinctura Succini cum magiſterio, Helmontii.

℞. Succini quantum placuerit, florum ſalis Ammoniaci partem dimidiam, exactè inter ſe conterantur & miſceantur. His affunde alkool vini ad eminentiam trium vel quatuor digitorum tranſverſorum, ſtent in digeſtione quouſque ſpiritus vini flavo-rubicundam extraxerit tincturam, quam decanta, repete & uſui ſerva.

Si aquam ex fonte deſumptam affundas, præcipitabitur in fundo pulvis ſub nomine magiſterii.

Tinctura hæc exhibetur ad gutas 30. ſummo cum ſucceſſu in colico dolore ex acri, auſtero & pituitoſo humore oriundo, inſuper in obſtructionibus menſium medicamen eſt ſumme efficax, ut in ſurditate, catharris ad aures allabentibus, & morbis cephalicis.

Oleum, & ſal volatile Succini.

℞. Succini craſſiuſculè triti q. v. ſeu lib. 2. aut lib. 3. (poſſunt & ſilices contuſi addi) deſtilla per retortam vitream vel terream igne gradato & cautè adhibito, exſtillabit primo phlegma, poſtea oleum ſubtilius, tandem craſſius, ſal volatile parietibus adhæreſcet. Hæc ſingula ſeorſim accipe: oleum à ſpiritu per tritorium ſepara. Quod ſi candidiſſimum velis, cum pluvia rectifica, modo juncturæ ſint ex arte lutatæ:

©BIU Santé

craſſum vero in fundo cucurbitæ remanebit, quod rectificari iterum poterit cum arena mixtum ac poſtea deſtillari.

Harum omnium præparationum vires inſignes ſunt in paſſione hyſterica, in Suppreſſione menſium & urinarum, in epilepſia, paralyſi, lethargo, omnibuſque affectibus uteri & capitis.

Simili operatione deſtillabitur Gagates, & ſ.

§. XVI.

De Coraliis.

Solutio Coraliorum.

℞ Coraliorum rubrorum exactè contuſorum q. v. pone in matratio, & in iis affunde aceti deſtillati ad quatuor digitorum eminentiam: poſt effervefcentiam repone in digeſtione ſuper arenam, ſæpius agitando, poſt duos dies per inclinationem ſepara liquorem, idque repete donec totum Coralium ſit diſſolutum, miſce liquores.

Sal Coraliorum.

POne partem unam diſſolutionis ſupradictæ in arenâ in vaſe terreo vel vitreo ut evaporetur, pulvis albus remanebit in vaſe reponendus, cujus doſis ad grana 15. erit, vel amplius.

Magiſterium Coraliorum.

INſtilletur in partem alteram ſolutionis ſupradictæ olei tartari per deliquium q. ſ. præcipitabitur pulvis inſtar coaguli ſæpius cum aqua edulcorandus, & ſiccandus.

Ut Magiſterium à ſale in paucis differt, ita nec viribus nec doſi.

Sic præparabuntur ſolutio, Magiſteria, & ſalia.

Coraliorum alborum.
Margaritarum,
Matriſperlarum,
Oculorum cancri & ſ.

Tinctura Coraliorum A. Mynſicht.

COraliorum tinctura duplici modo poteſt fieri, vel per corroſiva ut obſervatum in ſupradictis præparationibus: vel cum aqua aut ſpiritu mellis: verum ſolutio prior eſt potius deſtructio quam virtutum conſervatio, cum coralia & lapides ejuſdem generis ſic præparata, quaſi terra

©BIU Santé

mortua & ſpiritibus corroſivis ſaturata effœta evadant. Hac poſteriori methodo per ſpiritum mellis ſic poterunt præparari.

℞. Spiritum mellis funde ſuper fragmenta coraliorum rubrorum, extrahe tincturam, & repete, donec corpus album & quaſi mortuum remanſerit. Extractiones omnes mixtas extrahe, & reſiduam eſſentiam rei ſolutæ, & non menſtrui ſolventis denuo ſpiritu vini rectificatiſſimo extrahe, uſque dum tincturam rubicundiſſimam ſanguinis inſtar acceperis, quam in formâ olei alkoolifatam ad medietatem evocato, tanquam veram & genuinam coraliorum, & nequaquam mellis tincturam ad uſum retinere poteris.

Doſis à guttis ſex ad ſcrupulum unum in vehiculis convenientibus & morbos præcipuè reſpicientibus.

Coraliorum præſertim rubeorum uſus in prætio habetur: cor & ſpiritus vitales confortant, ſanguinem purificant, ſiſtunt fluxus quoſcunque narium ſcilicet, pulmonum, alvi, uteri & hæmorroïdum; viſum recreant in Collyriis. Exſiccant, adſtringunt & refrigerant.

§. XVII.

De Ambaro, ſeu Ambra griſea.

Tinctura.

℞. Drachmas duas Ambari cineritii & ſicci, ſolve unciis quatuor ſpiritus vini: digere per aliquot dies igne cinerum vel fimo equino: per inclinationem in aliud vas decanta, & vaſe optime obturato ſerva.

Maximum confortativum, & ad generationem optimum eſt remedium. Datur ad guttas quindecim in vino Hiſpanico vel alio liquore. Moſchus & Zibetha poterunt admiſceri in gratiam eorum quibus odores non obſunt, vel qui odoribus delectantur.

©BIU Santé

ARTICULUS SECUNDUS.

De Vegetalibus.

§. I.

De Aloë.

Tinctura Aloës.

℞. Aloës ſocotrinæ pulveriſatæ q. v. ſuperfundatur ſpiritus vini q. ſ. ad eminentiam duorum vel trium digitorum, digerantur ſimul per plures dies, donec colore rubicundo ſpiritus tingatur, ſpiritus tinctus à fæcibus effundatur, idque repetatur, uſque ad diſſolutionem Aloës : tinctura deinde clara per inclinationem effuſa, vaſe ſtricti orificii ſervetur ad uſum.

Præter vim purgantem, menſes & hæmorroïdas proritat, ventriculum roborat, vermes enecat (umbilico illita) arcet putredinem : vulneraria eſt inſignis.

Extractum Aloës.

Cum ſpiritu vini, & aquâ Cichorii ſtillatitiâ extrahitur ; vel alias præparationes, quas ſubit, vide pag. 26. & 101.

§. II.

De Ammoniaco Gummi.

Deſtillatio.

Pone libram unam gummi Ammoniaci in retortâ terreâ vel vitreâ lutatâ, ita ut duæ partes remaneant vacuæ : deſtilla per ignem reverberii cum amplo recipiente, aqua guttatim deſtillabitur : quâ rejectâ, iterum appone recipiens commiſſuris exacte junctis, igne fortiori conti-

©BIU Santé

nuetur deſtillatio, uſque dum nihil amplius appareat. Ab oleo craſſo & nigro, ſpiritum per tritorium vel chartam bibulam ſepara, quem in Alembico vitreo igne arenæ rectifica, ut tota humiditas deſtilletur.

Spiritus remedium eſt egregium contra peſtem & alios morbos contagioſos & malignos: oleum conducit in morbis uterinis, paralyſi, &c.

Eadem obſervabis in deſtillatione.

Galbani.

Sagapeni. & ſ.

§. III.

De Aniſo.

Oleum Aniſi.

DUobus modis extrahitur oleum, per expreſſionem ſcilicet, vel per deſtillationem. De hac dictum eſt articulo ſecundo de deſtillatione ſeminum pag. 157. modo aquæ ferventis quantitas ſufficiens addatur, quæ eo loci non fuit præſcripta. De expreſſione nunc venit dicendum.

Semina Aniſi optimè contuſa, & cribro impoſita, vapore balnei calentis adeo humectentur, ut oleum appareat; hæc ſtatim & quamprimum linteo forti & calido incluſa, prælo ſubjecta committantur, & fortiter exprimantur.

Diureticum, thoracicum, ſtomachicum, ac carminativum eſt egregium.

§. IV.

De Binjoino.

Flores Binjoini.

℞. Binjoini craſſiuſculè pulverati q. v. injiciatur ollæ terreæ ſuper poſito Alembico chartaceo ad pyramidis formam fabrefacto, & igne leni fiat ſublimatio ſingula ſemi-horâ mutato alembico, ſi ignis intenſior fuerit. Flores cum plumaceolo amoveantur. Sic flores elegantiſſimi ad inſtar ſericei albicantis colliguntur. Poſtea vitro incluſi ſervantur. Signum abſolutæ ſublimationis eſt, ſi charta oleo tanquam madefacta apparere incipiat.

Proficuum eſt remedium ad aſthma, & omnes pulmonum & thoracis affectus ad grana quinque.

©BIU Santé

Tinctura Binjoini.

BInjoinum ſolve in ſpiritu vini ſpatio horæ unius, calore mediocri adhibito, ſolutioni adde aquam, & præcipitabitur lacteſcens Binjoin.

Solvitur aliquando Binjoin cum ſtyrace, per ſpiritum vini, ex quorum mixtione, & aquæ affuſione lac virginale odoratiſſimum prodit.

Solutio hæc quam tincturam nonnulli vocant, faciem manuſque abſtergit, terſas ac nitidas reddit.

§. V.

De Caryophyllis.

Deſtillatio.

MOdus extrahendi vel deſtillandi oleum ex Caryophyllis aromaticis per aſcenſum, expoſitus eſt articulo de oleis. Per deſcenſum ſic labor ſuſcipiendus eſt.

Accipe plures ſchyphos quos cooperies telâ, & eam alligabis, adeo ut tamen in eâ inſit cavitas, in quâ appones Caryophyllos in pulverem redactos, pone ſuper illam telam Caryophyllis repletam, aliud vas ex terra vel cupro. v. g. *le baſſin d'une balance*, quo cooperies exactè illos ſcyphos, & ſuper illud dictum vas cineres calidos appones, qui Caryophyllos calefacient, & expriment in ſcyphos, primo phlegma & ſpiritum, poſtea oleum album & clarum: (aliter enim rubrum evadet, ſi ignis augeatur) ignis continuetur per vices pulverem agitando, dum nil amplius deſcendat. Per chartam vel tritorium oleum à phlegmate ſepara. Quod in vaſe bene obturato ſervabis: & ad guttas tres vel quatuor exhibebis.

Si quid addas opii cum oleo excellentiſſimum odontalgicum, ſicut antiparalyticum ſine opio habebis.

§. VI.

De Fuligine.

Deſtillatio.

℞ Fuliginis nigerrimæ ac pinguiſſimæ, qualis ex combuſtione lignorum colligitur in caminis ſeu præfurnis q. v. hac reple retortam terream lutatam, deſtilla ignis aperti gradibus ſucceſſive adhibitis in receptaculum capaciſſimum, ut prodeant cum phlegmate ſpiritus acidi &

Cc

©BIU Santé

albicantes, ac oleum flavum, ultimoque rubeum. Spiritum cum oleo aliquandiu digere in matratio longioris colli cum ſuo alembico & recipiente, deſtilla : ſal volatile primo prodibit, quod ſtatim eximetur & ſervabitur in vaſe duplici; ſpiritus vero & oleum cum particulâ ſalis diſſoluti poſtea ſtillabuntur, remanente in fundo matratii olei parte craſſiore.

Inſigne eſt excitativum in lethargo, epilepſiâ, apoplexiâ, atque in extremis vitæ poſitis. Ex capite mortuo ſal extrahitur more ſolito, quod cum aceto applicatum ad cancri curationem commendatur.

§. VII.

De Gaiaco.

Oleum & ſpiritus.

℞. Raſuræ ligni Guaici q. v. indatur retortæ, cujus tertia pars ſit vacua, adhibeaturque recipiens amplum ad deſtillandum igne reverberii, primo lento igne, quo tempore phlegma exibit, quod ſeparabitur ut inutile, poſtea lutato recipiente ignis augeatur ſenſim procedendo ad ultimum uſque ignis gradum, donec nihil amplius exſtillet, & recipiens clareſiat. Omnibus refrigeratis recipiens amove oleum nigrum & fœtidum ab aquâ primò, deinde per tritorium ſeu infundibulum ſeparetur. Poſtea oleum infundatur in chartâ emporeticâ madefactâ, ut extillet quidquid aquæ ipſi conjunctum adhuc fuerit, illa autem aqua vel liquor vel ſpiritus ex cucurbitâ vitreâ per ſe ſemel deſtillandus eſt, ſic purus & limpidus evadet.

Spiritus Guaiaci putredini reſiſtit, ſudorem ac urinam largiter promovet, peculiariter ac ſpecifice curat luem veneream. Vim habet margaritas coraliaque ſolvendi. Oleum dolorem dentium mitigat, fœtum mortuum ac vivum expellit, ad guttas ſex.

Sal ſed paucum extrahitur incineratione.

Extractum gummoſum & reſinoſum legis arte paratur.

Parantur & ſic deſtillantur Buxus,
Saſſafras, & ſ.

©BIU Santé

§. VIII.

De Ialapio.

Tinctura, Reſina, ſeu Magiſterium.

℞ Jalapii contuſi libram unam vel q. v. cui affundantur libræ tres ſpiritus vini, ſtent in digeſtione calore leni, die uno vel altero. Spiritus vini per filtrum ſeparetur, aliuſque reaffundatur, qui labor tandiu continuetur, quandiu ſpiritus vini non coloretur, & ejus viribus ſit ſatiatus. Miſce tincturas, quarum partem aliquam ſervabis in vaſe exactè clauſo, alteram pones in vaſe terreo & amplo, cui affundes tantam aquæ puræ & claræ copiam, ut ſpiritus vini vis infringatur, & in fundo vaſis præcipitetur picis inſtar reſinoſa jalapii ſubſtantia.

Liquor in cucurbitâ apponatur ad extrahendum ſpiritum vini ad alias & eaſdem operationes deſtinandum. Reſina multoties lavetur aquâ nitidâ (ne præſentiat ſpiritus vini odorem) poſtea ſuper papyrum exſiccetur ad uſus.

Cum luteo ovi diſſoluta exhibetur in potionibus ad ſcrupulum ſemiſſem.

Eodem labore fiunt reſinæ ſeu magiſteria Agarici,
Mechoacannæ,
Scammonii,
Turpethi, &c.

§. IX.

De Myrrha.

IMpone myrrham pulveriſatam albumini adhuc calido ovi cocti, & repone in cella ad liqueſcendum, vel mixtam cum eodem albumine repone ſuper tabulam vitream, ut liqueſcat, deſtilletque in vitrū ſuppoſitum.

Abſtergit maculas cutis, ſtigmataque ex lue venereâ contracta.

Tinctura præparatur ut tinctura aloës, quæ cum hac aliquando miſcetur, injectione gangrænam curat, adprovocandum partum & menſtrua utilis, paralyſi & apoplexiæ ſuccurrit.

©BIU Santé

§. X.

De Nuce Iuglande.

Aqua, Sal, Oleum & Extractum.

℞. Julos Nucis juglandis, ſeu florum Nucum juglandium q. v. irrorentur q. ſ. aquæ decoctionis aliorum julorum, deſtillenturque per veſicam cum ſuo refrigeratorio ad mediam partem & amplius. Hæc aqua cohobetur ſuprà primas Nuces immaturas, deſtilleturque ſecundò, idque tertiò repetatur ſuprà alias Nuces poſt Feſtum ſancti Joannis collectas. Aqua ſervabitur.

Ex reſidentiâ triplicis illius materiæ poſt deſtillationem remanentis, colatâ, clarificatâ & expreſſâ parabitur extractum, ſi placuerit.

Ex magmate ſal elicietur extracto admiſcendum vel ſeparatim ſervandum, quod obſtructiones amovet ad ſcrupulum alterum.

Aqua eſt ſudorifica, febribus malignis, peſtilentialibus, intermittentibus, variolis auxiliatur, ſtomachum corroborat, flatus diſcutit, ad uncias ſex vel ſeptem. Extractum eaſdem vires poſſidet, ſed majores.

Oleum expreſſione ſeparatur, ut dictum eſt.

§. XI.

De Nuce Moſchata.

Oleum.

NUces Moſchatæ vel Indicæ radulâ attritæ, aut conciſæ, & diligenter contuſæ, vapore balnei adeo humectentur, ut oleum appareat, quod quamprimùm torculari exprimendum venit, ſi linteo forti & calido priùs incluſæ committantur.

Oleum ventriculo inunctum, frigidâ & humidâ intemperie laboranti conducit, & mirè corroborat, deglutitum moderatè calefacit, venerem excitat, ad grana decem poteſt exhiberi.

Eaſdem fere virtutes macer obtinet, & eodem modo exprimitur.

©BIU Santé

§. XII.

De Opio.

Extractum, ſeu Laudanum.

PRimò extrahitur rore Maïali, poſtea ſpiritu vini, donec opium tincturam neget, menſtrua conjunguntur & abſtrahuntur.

Eſt anodinum, narcoticum & ſomniferum, aufert dolores, conducitque in pluribus affectibus: à ſemigrano ad tria & amplius ſumitur.

Laudanum liquidum, ſeu eſſentia opii.

℞. Opii unciam unam, ſalis Tartari uncias duas, hiſce ſuperfunde ſpiritus vini uncias octo, vel q. ſ., digerantur ſimul per dies dein tinctura clara effundatur: materiæ iterum affunde totidem ſpiritus vini, digerantur, quandoque agitando: his peractis filtrentur ſolutiones, & ad uſus medicos ſerventur.

In mixturis permiſcetur loco Laudani opiati ad cochleare ſemiſ. Anodinum & ſudoriferum eſt.

Tot ſunt Laudani deſcriptiones, quot in Chymia artifices.

§. XIII.

De Papyro.

PApyrus alba in globulos collecta deſtilletur ex retortâ terreâ ſatis validâ igne reverberii, per horas 10. applicato recipiente vitreo ampliſſimo, cujus orificium accuratè quadret ad collum retortæ. Ignis regatur per gradus donec vapores albi appareant. Refrigeratis & delutatis vaſibus per chartam emporeticam ſeparetur ab oleo fœtidiſſimo pro aurium tinnitu & ſurditate. Spiritus igne arenæ iterum deſtilletur, cujus doſis erit ad guttas 20. in liquore convenienti.

§. XIV.

De Quinaquina.

COrtex dicitur Peruvianus qui in pulverem redactus ſubtiliſſimum, quaſdam ſubit præparationes tincturæ ſcilicet, extracti, ſalis, opiatæ & vini: quæ variant pro natura morbi, & medici prudentiâ. unica et melior praeparatio est pulverisatio.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 224 sur 262

©BIU Santé

§. XV.

De Rhabarbaro.

RHabarbarum anima hepatis communiter nuncupatum, propterea quod ejus tonum reſtaurare credatur, inter purgantia uſitatiora non ultimum locum occupat: benignè enim evacuat corpus, roborat & adſtringit, conducitque multum in fluxibus alvi dyſentericis & lientericis. Cæterum vis purgans Rhei conſiſtit in ſpirituoſis & volatilibus partibus quæ nimiâ coctione exhalant; ideoque ne decoctum aut extractum Rhei effœta & languida fiant, cautè præcavendum erit; idcirco in ſubſtantia præſertim ſumatur ad ſcrupulum unum ante prandium.

Extractum parabitur ex Rheo contuſo, iteratis aquæ cichorii ſtillatitiæ tincturis, fortiter expreſſis. Datur ad ſcrupulos duos.

§. XVI.

De Roſis.

QUamvis Roſæ in multis Pharmaciæ noſtræ Galenicæ operationibus ita fuerint utiliter adhibitæ, aliquid tamen ex iiſdem Roſis dicendum ſupereſt.

Aqua ſtillatitia & ſpiritus.

COntere Roſas pallidas flore ſimplici tempore ſereno & matutino quantum fieri poteſt collectas, ne qualitate alienâ ſint impraegnatæ: pone in cucurbitâ, dum tertia pars ſit vacua MB vel VB ad deſtillandum, ut dictum eſt, idque repete dum ſufficientem aquæ, Roſaceæ quantitatem obtinueris.

Vel in vaſe (Roſario dicto) ſine humiditate contuſæ deſtillentur Roſæ, obſervato ignis gradu ne comburantur: reſtabit maſſa ſicca in formam rotundam, ad dolores capitis. Eumdem laborem repetere ſæpiùs poteris.

Vel faciliori & uberiori ſucceſſu deſtillentur per veſicam cupream ſtanno obductam, cum ſuo capite vel refrigeratorio igne carbonum obſervato, & aquâ refrigerii vel dolii ſæpiùs mutatâ aut agitatâ, modò Roſæ aliquâ priùs humiditate ad eminentiam duorum vel trium digitorum ſint maceratæ; deſtillatio fiat ad duas liquoris partes.

Eadem deſtillatio inſtituatur de Roſis albis ad oculorum morbos.

Vel in exiguâ quantitate habebis aquam per deſcenſum, ſi obſervaveris ea, quæ dicta ſunt de Caryophyllis.

Spiritum fragrantem & odoratum adipiſceris, obſervatis legibus ad

©BIU Santé

extractionem ſpirituum enumeratis.

Spiritum ardentiorem & inflammabilem obtinebis, ſi Roſis contuſis addas vini eamdem quantitatem.

Felicius cohobatione ſuper novas Roſas ſuccedet operatio.

Altero tandem modo Roſæ deſtillari poterunt. Accipe viginti vel triginta libras Roſarum, contunde in mortario, ita ut formetur paſta vel maſſa, quam pones comprimendo & ſtratificando cum pauca quantitate ſalis communis in vaſe terreo fictili & oblongo, uſquedum repleatur vas, quod poſtea cooperies, & luto ſeu ſubere cerâ liquatâ imprægnato obduces, ne aëre Roſæ alterentur: ſtent in fermentatione per duos vel tres menſes: poſtea vaſe aperto materiam extractam, atque in cucurbitâ repoſitam MB deſtillabis, ſpiritus qui prodibit prior, ſuprà reſiduam materiam per vices erit cohobandus, donec nihil ſuperſit.

Aqua & ſpiritus cephalicam & cardiacam virtutem habent. Uſurpantur præcipuè ad refocillandos ægros, miſcentur potionibus cardiacis.

Extractum ex materiâ poſt hanc vel illam deſtillationem reſiduâ, conficies lege artis, modò aduſtionem non redoleat.

Sal labori compenſando par non erit.

Tinctura Roſarum.

℞. Florum Roſarum rubrarum ſiccarum unciam ſemiſſem aquæ fontanæ ferventis libras duas, ſpiritus vitrioli aut ſulphuris drachmam ſemiſſem vel q. ſ. ad gratam aciditatem, infundantur per ſex horas. colaturæ adde ſacchari albiſſimi uncias quatuor vel q. ſ. ad ſaporem.

Refrigerat, ſiccat & adſtringit. Conducit in compeſcendo vomitum, in ſiſtenda diarrhæa aliiſque profluviis.

§. XVII.

De Senna.

ETſi Senna inter uſitatiſſima purgantia primas teneat partes, tormina tamen excitare ſolet, ob mucilaginem quamdam viſcidam, quam in ſe continet, quæ Doctorum experientiam excitavit: idcirco varia correctiva invenerunt, tum ad infuſionem tum ad extractionem neceſſaria, ut ſal Tartari, oleum Aniſi, caryophyllorum, aquam ſtillatitiam endiviæ, cichorii, ſpiritum vini, & ſ. Quæ omnia non arrident adeo, ut decoctum Glycyrrhiſæ.

Extractum igitur paretur ex foliis Sennæ mundatis & non contuſis cum decocto Glycyrrhiſæ ad mellaginem reductum.

Convenit morbis hypochondriacis, melancholicis, ſcorbuticis, & ad evacuandos humores qui continentur in ventriculo & inteſtinis ad ſcrupulos duos, vel in bolo, vel in diſſolutione: leniter enim & blande purgat.

©BIU Santé

§. XVIII.

De Tabaco.

Aqua.

IN cucurbita vitrea pone uncias octo foliorum Tabaci in plures partes diviſorum cum eadem quantitate phlegmatis vitrioli, per 24. horas digere, idque igne cinerum, poſtea deſtilla.

Potentiſſimum eſt vomitorium ad drachmas ſex.

Sal fixum eſt ſudoriferum.

§. XIX.

De Terebenthina.

Spiritus & Oleum.

℞. Terebenthinæ libras duas, vel quod volueris, inde cucurbitæ terreæ vel vitreæ humiliori, impone alembicum, & deſtilla per cineres vel arenam: prodibit primo, præter phlegma acidulum, oleum album, quod ſpiritûs nomine vulgo donatur, poſtea flavum & ultimo rubrum, quod fortiori igne erit extrahendum. Hæc omnia ſeparatim ſerva. Oleum album commode & ſecurius ab empyreumate extrahi poteſt in cucurbitâ & capitello vitreis.

Alii addunt aquæ duplum vel triplum, & poſt deſtillationem ſeparant: alii per retortam deſtillant.

Materia poſt deſtillationem reſidua colophonia dicitur, & maxime conducit in emplaſtris ad exſiccanda & conſolidanda vulnera.

Spiritus calefacit, attenuat, urinam ciet, tartaream mucilaginem reſolvit. Hinc confert in tuſſi aliiſque pulmonum affectibus tartareis. In calculo renum & veſicæ, in ſtranguria, gonorrhæâ virulentâ, ulceribus penis ex lue venereâ: ad duodecim guttas exhibetur.

Oleum album eaſdem obtinet vires. Flavum rubrum balſamum eſt pro vulneribus.

Maſtiches Olibanum & alia ejuſdem naturæ ſic deſtillantur.

Alias Terebinthinæ præparationes, lege pagina 37.

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 227 sur 262

©BIU Santé

§. XX.

De Vino ejuſque partibus.

Aqua vitæ.

VInum deſtilletur per veſicam, donec pars optima abſtrahatur, & hæc flammam non amplius concipiat.

Spiritus Vini.

FIat deſtillatio aquæ vitæ vulgaris in cucurbitâ vitreâ altiori, igne vaporis, quod prodit in recipiens ſpiritus vini dicatur: ſi ſubtilior adhuc deſideretur: recipe ſpiritum jam deſtillatum, & cohoba, deſtilla iterum ad dimidias, quem laborem pluries repetere poteris, ſi animus ſit. Sic habebitur ſpiritus omnium ſimpliciſſimus, qui nomen alkool merebitur, & pulveri pyrio impoſitus in cochleari argenteo flammam concipiet. Per aliud vas ſerpentinum dictum faciliori compendio labor perficietur: per anfractus etenim illos ſubtiliſſimus ſpiritus ſolus aſcendit, phlegma verò in fundo ſubſidet.

Apud Chymicos menſtruum eſt celebre pro extrahendis tincturis ex omni regno. Calefacit & ſiccat.

Spiritus vini Aniſatus.

℞. Aniſi contuſi ——— ——— ——— ——— uncias quatuor.
Spiritus vini ——— ——— ——— ——— libras duas.

Macerentur per octiduum in cucurbitâ, ſpiritus eliciatur ſecundùm artem, qui ſupra eamdem materiam cohobari poterit.
Ita etiam fiat ſpiritus fœniculi.

Cor recreat, calorem nativum languentem excitat, flatus diſcutit, urinam movet.

Spiritus vini Anthoſatus.

Vide paginam 50. ſub nomine aquæ Reginæ Hungariæ.

Spiritus vini Campheratus.

FIt diſſolvendo Camphoram in ſpiritu vini, qui ad guttas decem apoplexiæ, dentium dolori, ſicut & morbis uterinis medetur.

Spiritus vini Tartariſatus.

TArtari albi crudi pulveriſati unciæ quatuor, ſalis Tartari unciæ duæ ſpiritus vini ſuper alkali rectificati unciæ viginti, deſtillentur ſimul

Dd

©BIU Santé

poſt digeſtionem horarum duodecim. Bis ſpiritum ſuper fæces cohobando, & ſi lubet ſuper novas materias rectificetur.

Potentiſſimus eſt in doloribus podagricis, arthriticis, ictero, paralyſi & obſtructionibus.

Purificatio Tartari, unde Cremor & Cryſtalli.

℞. Tartari vini albiſſimi pulveriſati q. p. bulliat in ſ. q. aquæ puræ in vaſe terreo vel cupreo ſtanno obducto, donec diſſolutus fuerit in aqua. Tum coletur per pannum denſum vel manicam : colatura exponatur frigori, ſic concreſcet in ſuperficie cuticula, quæ cremor tartari dicitur. In fundo vero & circa latera concreſcet in cryſtallos tartarus. Effunde aquam in ſupradictum vas poſt ebullitionem, repone in cellâ & repete uſque ad totius aquæ conſumptionem, & cryſtalliſationem. Cryſtallos ſoli expoſitas & exſiccatas ſerva.

Sunt qui cuticulam ſupernatantem ſeorſim colligunt nomine cremoris tartari, & cryſtallos etiam ſeorſim. Verum enimvero cum utrumque ejuſdem ſit naturæ & virtutis, diſtinctionem hanc parvi momenti autumo.

Craſſos tartareoſque humores in prima regione ſtabulantes attenuat, incidit : itaque commode adhibetur in omnibus obſtructionibus ad drachmam unam.

Sal & oleum Tartari.

℞. Tartari albi crudi pulveriſati q. p. include chartæ bibulæ quæ madefiat aquâ ; tum repone ad ignem apertum à quo undequaque circumdetur : relinquetur ſic per horas aliquot, & poſtmodum tartarus in unam maſſam confluxiſſe videbitur, quæ in aquâ purâ diſſoluta, poſteaque filtrata evaporetur ad ſiccitatem. Doſis ad ſcrupulum ſemiſſem.

Inde fit oleum tartari per deliquium ſeu deliqueſcentiam, ſi nempe ſal in cella per tres ſeptimanas expoſueris : quod ab aëris humido convertitur in liquorem, qui filtrandus erit & ſervandus exacte. Ille autem liquor nihil aliud eſt quam ſal tartari reſolutum.

Sal tartari potenter reſolvit & attenuat, acida omnia momento deſtruit, & tincturis purgantium inſervit, coſmeticum eſt egregium. Doſis intra corpus eſt drachmæ ſemiſſis.

Oleum Tartari & ſpiritus Angeli ſalæ.

℞. Libras tres vel quod volueris tartari probe depurati ac candidiſſimi vel cremoris tartari, quem ipſe feceris, craſſiuſcule triti, deſtilla per retortam terream lutatam, ſatis capacem igne reverberii, appoſitoque excipulo ignem per gradus lente guberna, ita tamen ut cum retortâ materia ſimul aliquo modo incaleſcat, ac deſtillare incipiat. Primùm itaque ignis ſi cautè ſatis tractetur, extillabit phlegma quod inutile, deinde au-

©BIU Santé

geatur ignis uſque dum magna nebularum albarum copia in recipiente vagantium appareat, tandem adauctis ignis gradibus denſa apparebit nebula admixto oleo tam in receptaculo quam in collo retortæ. Hic tandem labor continuandus eſt, donec tam oleum quam nebula extillare & apparere ceſſent, quibus peractis inſtrumentiſque refrigeratis, oleum ad aqueo liquore beneficio chartæ & filtrationis ſeparetur.

Utraque ſubſtantia cum ſit graviſſimi odoris, ſeorſim rectificanda venit: ſpiritus per cucurbitam, ad paralyſim, ſcorbutum, aſthma; oleum cinerum cribratorum admixtione, ad inungendas partes conveniens.

Materia poſt deſtillationem ſuperſtes, capitis mortui nomine non eſt inſignienda, ex ea quippe ſal magnæ æſtimationis, ſolutione, filtratione, coagulatione, & evaporatione comparatur.

Tartarus ſolubilis, ſeu ſal vegetabile.

PUlveriſa & miſce cryſtallorum tartari, & ſalis tartari in pulverem redacti ana q. v. Pone in ollâ terreâ vel fictili, poſtea affunde aquæ calentis & ferventis q. ſ. poſt efferveſcentiam & diſſolutionem filtra, evapora & ſicca, reſtabit ſal albiſſimum, in vaſe obturato ſervandum.

Hydropicis, cachoëticis, & omnibus morbis ab obſtructionibus, ad drachmam unam utile.

Tartarus Chalybeatus.

PUlveriſa & miſce libram unam Tartari albi cum unciis quatuor limaturæ chalybis, bulliant in libris quinque vel ſex aquæ dum tartarus ſit ſolutus. Calidè filtra per manicam & repone in vaſe ferreo ad cryſtalliſandum. Cryſtallos exime, atque iterum aqua evaporetur & reponatur in cella ad alias cryſtallos comparandas: hunc laborem repete donec totum habueris tartarum.

Utiliſſimum eſt remedium in morbis chronicis, obſtructionibus lienis, quartanâ, ictero utroque, cachexiâ virginum, hypochondriacâ paſſione ad drachmam ſemiſſem.

Tartarus Vitriolatus, ſeu Magiſterium Tartari.

℞. Olei Tartari p. del. limpidiſſimi & fortiſſimi q. p. huic ſucceſſive & ſtillatim affunde ſpiritûs vel olei vitrioli rectificati, quouſque efferveſcentiam ſedatam obſervaveris: quo in caſu acidum vitrioli & alkali tartari connubium ineunt, & ambo quaſi ſal intermedium & neutrius cujuſdam generis componunt: quod etſi naturam utriuſque evidenter non poſſideat, vim tamen & excellentiorem & utiliorem in ſe continet. Hoc leni igne ad ſiccitatem ſalis acido-ſalini evapora. Sic præparatum habebis tartarum vitriolatum.

©BIU Santé

Vel faciliori compendio ſic poteſt præparari. Sali tartari albiſſimo, ſicco & pulveriſato, & cucurbitâ vitreâ poſito affunde tantam ſpiritus vitrioli quantitatem, quantam abſorbere poſſit, donec efferveſcentia omninò ceſſaverit.

Eximium eſt medicamen ad obſtructiones contumaces reſolvendas, menſium ſcilicet, meſenterii, lienis & ſ. à decem ad triginta grana exhibetur.

Artiſta iterum moneatur, ne quidquam (ut labori & ſumptibus parcat) mutuet, ſed ipſemet conficiat : interdum etenim tartarus, qui cum æquali pondere nitri à deſtillatoribus per detonationem ſolvitur & calcinatur; ex quo oleum per deliqueſcentiam, & ſubſequenter magiſterium, quaſdam nitri particulas corroſivas retinet : quâ operatione vires utcunque alterantur.

Tartarus Stibiatus, ſeu Emeticus.

℞. Cremoris tartari uncias octo, croci metallorum uncias quatuor, pulveriſa ſeparatim & in vaſe terreo coque in libris tribus vel quatuor aquæ communis per octo vel novem horas, ſpatulâ ligneâ agitando : per chartam bibulam poſt refrigerationem & reſidentiam filtra, evapora humiditatem & ſicca. Si cryſtallos quæris, modos ſupra enumeratos repete. In vitro optime clauſo pulverem ſerva.

Hadrianus A. Mynſicht cum aquâ magiſtrali ſerpilli extrahit tincturam & ex) arte præparat.

Uſus ex nomine patet, medicamentum eſt multis nominibus commendandum. In conſerva vel liquore, à gr. 2. ad decem exhibendum.

De Aceto.

Acetum ſtillatitium vulgare.

℞. Aceti vini acerrimi q. p. igne leniſſimo deſtilla in cucurbita vitrea vel terrea in arenâ, cavendo ab empyreumate, primo phlegma prodit, deinde ſpiritus, qui raro ſeparantur, modo acetum ſit acerrimum.

Eſt menſtruum nobile apud Chymicos in ſolvendis metallis, mineralibus, & lapidibus. Intra corpus ſumitur ad drachmas duas, incidit : refrigerat.

©BIU Santé

ARTICULUS TERTIUS ET ULTIMUS.

De præparationibus Animalium.

§. I.

De Vipera.

Sal volatile Viperæ.

℞. Viperas vere vel autumno captas & exſiccatas q. v. pone in retortâ vitreâ lutatâ vel terreâ ad mediam partem repletâ cum recipiente amplo appoſito, juncturis optime clauſis, deſtilla igne aperto, ſervatis ignis gradibus, donec extremâ flammarum violentiâ totum quod ineſt ultimo ſit expulſum & recipiens clareſiat. Peractâ deſtillatione ſal volatile non ſolum in prolecto liquore diſſolutum exiſtit, ſed undique etiam lateribus recipientis variè figuratum adhærebit, quod cum dicto liquore in fundo recipientis reſidente eluendum, ab oleo fœtidiſſimo vel per tritorium vel per chartam emporeticam artificioſè ſeparandum eſt: poſtmodum ab adhærente aquoſitate amarâ & fœtidâ per ſublimationem in phialâ oblongâ ſatis altâ in ſabulum vel cineres collocandâ, appoſito etiam capitello roſtrato, cui vitreum recipiens, parvum ſaltem adjunctum vel annexum ſit, igne lento ne humiditas cum ſale adſcendat, liberandum eſt. Sublimatione jam peractâ eximatur ſal ex ſupremâ phialæ parte & capitello; quod ipſum albiſſimum erit, & acutiſſimum, penetrantiſſimique odoris ac ſummæ volatilitatis. In vitro cerâ benè obturato ſal cuſtodiatur, vel cum ſpiritu vini rectificatiſſimo, alias propter phlegma quod ineſſet in ſpiritu vini communi diſſolveretur. Spiritus vero quibuſdam ſalis particulis impregnatus ſeparatim ſervandus.

Ex eo, quod in cucurbita poſt deſtillationem remanet, ſal lixiviale confici poteſt, quod parum ab aliorum ſalium naturâ diſcrepat.

Salium volatilium ſummæ ſunt vires, penetrant enim & putredinem arcent. Hinc conferunt in epilepſiâ, apoplexiâ, variolis, morbillis, omnibus febribus malignis & contagioſis, imo in ipſa peſte, in venenatis animalium morſibus, imprimis ipſarum viperarum, & in ipſo veneno hauſto. Doſis ipſius eſt ad drachmam ſemiſſem plus minuſve, prout neceſſitas poſtulat.

Notandum quod ex animalium partibus, major copia ſalis volatilis eliciatur, quàm ex mineralibus & vegetabilibus, propter majorem ſpirituum quantitatem, quæ tanta in aliis non extat.

©BIU Santé

Sic deſtillantur Oſſa,
Cornua,
Carnes,
Cranium,
Animalium partes,
Animalia ipſa,
Semina, &c.

Cornu Cervini Spagyrica, ſeu Philoſophica calcinatio.

CAlcinatio hæc commodè in veſicâ perficitur coctione continuâ mediante deſtillatione aquarum cordialium, quarum deſtillatione & vapore apices cornu in collo alembici ſuſpenſi, quâ parte attingi & penetrari queant, jucundo & miro ordine perfectam albedinem comparando, abſque eo quod flammarum violentiâ, ut in vulgari calcinatione fieri ſolet, vires deperdant, molleſcant ſenſibiliter, & calcinentur.

Sudorem movet: alexipharmacum eſt, cardiacum: unde præſcribitur paſſim contra febres malignas. Doſis eſt à ſcrupulo ſemiſſe ad ſcrupulum unum.

Oleum, ſp. & ſal volatile cornu cervi.

EO præparantur modo, quo ſpiritus & ſal volatile viperarum.

Cornu cervi ſic præparatum, mundificat ſanguinem, attenuat, & aperit: urinas movet, diaphoreticum, alexipharmacum eſt: medetur ſcorbuto, variolis. Attamen oleum non eſt in magno uſu. Doſis olei à g. 1. ad 20. ſalis volatilis à gr. 3. ad ſcrupulum unum; ſpir. à gr. 20. ad drac. unam.

Alteram cornu cervi præparationem, vide pag. 29.

§. II.

De Cera.

Oleum Ceræ.

℞. Ceræ flavæ quantum volueris, liquefiat; carbonibus vel lateribus vel globulis argillaceis imbibatur, qui indantur retortæ, igne tertii gradûs extrahatur oleum fluidum cum ſuo phlegmate, ultimo loco coagulatum, quod oleum butyraceum nonnunquam appellatur, & cui iterum admiſceri poteſt arena, ut deſtilletur, & quod ita ſæpiùs repetatur, donec totum maneat liquidum nec ampliùs coaguletur.

Oleum liquidum cicatricem inducit, attenuat & incidit; diureticum eſt, acre & penetrans, poteſtque intra corpus exhiberi ad guttas quatuor. Butyraceum verò vim habet anodinam & emollientem, convenitque tumoribus attenuandis.

©BIU Santé

Omnis fere cera abit in oleum, & vix uncia una reſtat in fæcibus ex libra una.

Ex pinguedinibus, reſinis & gummi-reſinis quæ in pulveres redigi non poſſunt, ſimilis deſtillatio inſtituatur.

§. III.

De Melle.

Deſtillatio mellis.

℞. Mellis liquidi libras quatuor, vel quod volueris, ponantur in cucurbitâ vitreâ adeo capace, ut materia quintam, imo & ſextam partem occupet. Per balneum phlegma, intenſiori vero ignis gradu (arenæ ſcilicet) aqua flava proliciatur.

Alii eliciunt primò aquam ex cucurbita MB: remanenti melli addunt arenam vel ſilices calcinatos contuſos, deſtillantque per retortam, aquam flavam cum oleo: hæc digerunt per dies quinque aut ſex, dein deſtillant, oleum tandem aquæ ſupernatans ſeparant.

Aqua utraque alba ſcilicet & flava, ſuffuſiones & albugines oculorum ſanat, capillis producendis confert, inſervit tincturæ coraliorum extrahendæ. Intrinſecus reſerat obſtructiones, pellit urinam, atterit calculum: oleum vulneribus ſclopetariis, phagedænicis, & ulceribus plurimùm conducit. Singulare quoque eſt ad podagricos dolores ſedandos præſidium: diſcutit maculas faciei cum oleo camphoræ.

Tinctura Mellis.

℞. Mellis puriſſimi q. v. ei immiſceatur arenæ optimè lotæ q. ſ. ita ut fiat maſſa, quæ injiciatur in matratium vel cucurbitam, tunc ſuperfundatur ſpiritus vini rectificatiſſimus: ſtent in digeſtione in cucurbitâ plani fundi, uſque tum tingatur ſpiritus aureo colore. Hinc ſpiritus tinctus per inclinationem effundatur, & recens fæcibus ſuperfundatur, continuando donec ſpiritus non amplius tingatur; tincturæ confundantur, & ad tertiæ partis remanentiam in balneo-mariæ abſtrahantur, in fundo remanebit tinctura mellis.

Summum eſt medicamen in phthiſi, aſthmate, tuſſi inveteratâ, anhelitu difficili, catharris, cæteriſque pulmonum & thoracis affectibus ad cochleare unum.

©BIU Santé

§. IV.

De Vrina.

Deſtillatio & Sal volatile.

℞. Hyberno tempore urinæ recentis pueri annorum duodecim vinum bibentis q. v. ad mellaginem evapora igne arenæ, eodemque igne deſtilla per alembicum cum ſuo recipiente optimè clauſo, ſal volatile aſcendet cum ſpiritu & phlegmate. Operatione peractâ ſal cum ſpiritu committes vaſi ſublimatorio ut ſublimentur, ſal cryſtallinum valde penetrans aſcendet, ſervandum in vaſe: ſpiritus qui remanebit in matratio, filtrabitur & ſeparabitur ab oleo admodum fœtido & nigro: qui ſi iterum deſtilletur, eaſdem virtutes habebit ac ſal.

Sal volatile imprimis fermenta corrigit acida, obſtructiones reſerat, hydropicorum aquas educit, variiſque morbis chronicis conducit ad ſcrupulum ſemiſſem in liquore convenienti.

Sal volatile urinæ à multis Medicis & Chymicis ſali volatili Ammoniaco præfertur, quod ſal Ammoniacum putetur parari ex variâ urinâ hominum tam ſanorum quàm ægrorum.

Urina morientium caret ſalſedine.

§. V.

De Secundina.

SEcundina deſtillatur MB, modò ex partu fœminæ mediæ ætatis & ſanæ proveniat, & quæ marem peperit.

Coſmeticum eſt quoddam ad faciei maculas.

Ex cineribus in cucurbita extrahitur ſpiritus, poſt digeſtionem octo vel decem dierum, ad expulſionem fœtus & ſecundinæ ſpecificus, & morbis à vaporibus ortis egregius.

§. VI.

Mumia Crollii magiſtralis.

ELigatur cadaver hominis rufi, quia in hoc ſanguis habetur tenuior, adeoque & caro præſtantior, ſine macula, viginti quatuor annorum aut circiter, recens morte violentâ non morbo interempti, cujus carnes muſculoſas fruſtulatim vel aſſulatim conſcinde, & à duobus luminaribus Sole ſcilicet & Luna, ſemel & iterum illuminatas ac conſtellatas expone, aſperge poſtea pulvere myrrhæ, ſtyracis calamitæ, & tantillo aloës

(alioquin

©BIU Santé

(alioquin nimium amareſcit) poſtea imbibe macerando per octo dies aut circiter in ſpiritu vini, ita ut ſupereminear ad duos vel tres digitos, ſuſpendantur parum & ſicceſcant, ac eodem pulvere & ſpiritu macera & imbibe, tandem in aëre vel loco umbroſo & ſicciori fruſta ſuſpenſa ita ſicceſcant, ut in pulverem reduci poſſint. Tunc aſſimilatur carni fumo induratæ, ſine fœtore optimi & ſuavioris ſaporis, quæ ad multos annos ſervari poterit.

Laudatas Mumiæ vires huic noſtræ artificiali tribuere eò magis poſſumus, quod Ægyptiorum antiquorum non habeamus mumiam, quæ pauciſſima fuit, brevique defiit, nec uti debeamus eâ, quæ ex ſanie humanâ, putridiſque cadaveribus, piſſaphalto mixtâ, magno mortalium damno ſervatur; cum nihil magis conſonum ſit humano corpori, quàm eſſentia partium ex quibus conſtat, & perficitur.

FINIS.

©BIU Santé

INDEX
RERUM ET MEDICAMENTORUM.

ABſinthij Sal	165
Spiritus,	162
Syrupus,	66
Tinctura,	161
Vinum,	53
Aceti phlegma,	212
Spiritus,	212
Acetum Aurantiorum,	55
Caryophyllorum,	*ibid.*
Roſatum,	*ibid.*
Rutaceum,	*ibid.*
Sambuci,	*ibid.*
Saturni,	181
Scilliticum,	55
Theriacale,	*ibid.*
Adipum præparatio,	25
Æris Flos,	182
Spiritus,	*ibid.*
Tinctura,	*ibid.*
Uſtio,	*ibid.*
Agarici Trochiſci,	104
Album Græcum,	25
Aloës, lotio,	26
Extractum,	199
Roſata,	101
Tinctura,	199
Violata,	101
Aluminis uſtio,	193
Ambari griſei tinctura,	198

©BIU Santé

INDEX RERUM ET MEDICAMENTORUM.

Ammoniaci g. depuratio, 26
deſtillatio, 199
Amyli purificatio, 26.168
Anacardiorum præparatio, 26
Animalia integra officinalia, 20
Animalium partes, 21
Excrementa, 22
Aniſi aqua, 157
Oleum, 157.199
Spiritus, 209
Antihecticum poterii, 180
Antimonii butyrum, 185
Butyri rectificatio, *ibid.*
Bezoar minerale, 186
Cinnabaris, 185
Crocus, 183
Diaphoreticum, 184
Flores, 185
Pulvis, Emeticus ſeu Algaroth. 186
Regulus communis, 185
Martialis, 184
Sulphur auratum, *ibid.*
Syrupus, ſ. Emeticus, 79
Tinctura, 186
Vitrum, 185
Aquæ officinales ſimplices, 44
Cordiales, 40
Pleuriticæ, *ibid.*
Aqua aluminoſa, 45
Anti-apoplectica, *ibid.*
Anti-epileptica, 46
Anti nephritica, 47
D. *de Bellegarde*, ſeu Imperialis, 48
Benedicta, *ibid.*
Calcis, 28
Cinamomi, 49
Fortis, 19
Fortis regia, 191
Hyſterica, 47
Juglandium, 204
Marina, 27
Meliſſæ magiſtralis, 49
Mellis, 215

©BIU Santé

Omnium florum, 49
Ophthalmica, 53
Phagedænica, 49
Quercerani, 50
Reginæ Hungariæ, ibid.
Secunda, 51
Sperniolæ. 50
Stiptica regia, 191
Theriacalis, ——— 51 ibid.
E Typhis cervinis, 52
Vulneraria, ibid.
Aquila alba, 174
Arabici gummi uſtio, 29
Arcanum Coralinum, 173
Argentum vivum, V. Mercurius. ibid.
Ari fæculæ, 168
Præparatio, 27
Aſellorum ſ. millepedum præparatio, ibid.
Aurum fulminans, 170
Auri tinctura, ibid.
Axungiarum præparatio, 25

BAlſama Aromatica, 128
Balſami partes officinales, 41
Balſamum Arcæi. 127
Metenſium, ibid.
Balſamum Saturni, 128
Sulphuris aniſatum, 194
Terebinthinatum, 194
Benedicta laxativa, 91
Bezoar minerale, 186
Binjoini flores, 200
Tinctura, 201
Blaſtæ Bizantiæ præparatio, 32
Boli Armeniæ lotio, 27
Bufonum præparationes, 28. 29

CAlcis lotio, 28
Cancrorum præparatio, 32
Uſtio, 29
Cantharidum præparatio, 28

Caryophyllorum

©BIU Santé

Caryophyllorum deſtillatio, 101
Cauterium, 187
Ceræ oleum, 214
Spiritus, 214
Ceraſorum deſtillatio, 157
Ceratum album Galeni, 126
Santalinum, ib.d.
Ceruſæ lotio, 28
Chalybis præparatio, 171
Characteres, 42
Cinnabaris præparatio, 32
Cinnabaris Antimonii, 185
Mercurii, 173
Cochlearum teſtarum præparatio, 29
Colchotaris præparatio, 193
Collyrium, 53
Colocynthidos correctio, 104
Concharum teſtarum uſtio, 29
Confectio Alkermes, 84
Hamech, 95
de Hyacintho, 85
Conſervæ officinales, 59
Conſerva Roſarum liquida, 60
Sicca, ibid.
Coraliorum aſſatio, 29
Magiſterium, 197
Præparatio, 32
Sal, 197
Solutio, ibid.
Syrupus, 70
Tinctura, 197
Cornu cervi præparatio vulgaris, 29
Philoſophica, 214
Deſtillatio, ibid.
Gelatina, 58
Sal volatile, 214
Cranii hominis præparatio, 30
Cremor Tartari, 210
Crocus Martis adſtringens, 171. 172
Aperiens, 171. 172
Crocus metallorum, 183
Chryſoliti præparatio, 32

©BIU Santé

Cryſtalli Tartari, 210

DEcoctio communis, ſeu ptiſanna, 56
Clyſteris adſtringens, 56
Carminativa, 55
Communis, ibid.
Medicinæ, 55
Pectoralis, 56
Dentium Apri præparatio, 30
Deſtillatio generatim, 153
Plantæ odoriferæ, 156
Non odoratæ, ibid.
Succulentæ, ibid.
Baccarum, 157
Fructuum, ibid.
Radicum aromaticarum, 156
Seminum, 157
Diacarthami, 98
Diacatholicum, 92
Diachylon ſimplex, 141
Ireatum, 141
Gummatum, 142
Magnum, ibid.
Diacodium, 73
Diagrydium, 36
Diaireos, 115
Diamargaritum ſimplex, 60
Frigidum, 113
Diaphœnicum, 95
Diaphoreticum minerale, 184
Diaprunum ſimplex, 94
Solutivum, 94
Diarhodon, 115
Diaſantali, ibid.
Diaſatyrium, 83
Diaſcordium, 84
Diatragacanthum, 116

EBoris uſtio, ſeu ſpodium, 29. 37
Elaterii, præparatio, 30

©BIU Santé

Electuarium Catholicum ſimplex, 92
Cum Rhabarbaro, 92
De Citro ſolutivum, 58
Lenitivum ſimplex, 92
Pariſienſ. 93
De Pſyllio, 97
De ſucco Roſarum, 99
Elixiria, 157
Elixir proprietatis, *ibid.*
Vitæ, 158
Ellebori utriuſque correctio, 30
Emplaſtrum de Belonica, ſeu de gratia Dei, 138
de Ceruſa, 138
de Ceruſa uſta, 138
de Cicuta, 139
Pro dentibus, 139
Diabotanum, 139
Diachylon ſimplex, 141
Ireatum, 141
Magnum, 142
Gummatum, 142
Divinum, 143
Ad Herniam, 545
Joannis Andreæ à cruce, *ibid.*
De Linamento, *ibid.*
Magneticum, 146
Manus Dei, 143
Manus Dei, ſ. Empl. Paracelſi, 144
De Maſtiche, 146
De Meliloto, 147
De Minio, *ibid.*
De Mucilaginibus, 148
Oxycroceum, *ibid.*
Palmeum, 149
Paracelſi, 144
De Ranis de vigo, 149
Cum Mercurio, 150
De Sapone, 151
Stiĉticum Crollii, 150
Sparadrap, 151
Veſicatorium, 152
Erinaceorum uſtio, 29
Eſſentia, 157

©BIU Santé

Eſſentia Antihyſterica, 158
Opii, 206
Eſulæ præparatio, 30
Euphorbii correctio, 30
Extractorum conficiendorum modus, 159
Extractum Aloës, 199
Guaïaci, 159
Martis, 172
Opii, 205
Panchimagogum, 161
Pilularum, 161
Quinaquinæ, 205
Rhei, 206
Sennæ, 207

F Æculæ, 168
Fæculæ Ari, *ibid.*
Bryoniæ, *ibid.*
Ireos, *ibid.*
Serpentariæ, *ibid.*
Tritici, *ibid.*
Farinæ, 39
Ferri præparationes, 171
Flores cordiales calidi, 40
Frigidi, 46
Antimonii, 185
Benjoini, 200
Salis Ammoniaci, 192
Sulphuris, 194
Fragmenta pretioſa, 40
Fragorum deſtillatio, 157
Fuliginis deſtillatio, 201

G Albani depuratio, 26
Deſtillatio, 200
Gelatina carnium, 58
Cornu Cervi, *ibid.*
Gemmæ officinales, 17
Guttæ gummi correctio, 31
Guaïaci oleum, 202
Spiritus, *ibid.*

Gilla

©BIU Santé

Gilla Theophraſti, 192
Granati, præparatio, 32
Gummi depuratio, 26
Gypſi uſtio, 29

HErbæ capillares, 39
Emollientes, 39
Hiera Diacolocynthidos, 100
Galeni, ibid.
Hirundinum, præparatio, 31
Hydrargyri, præparationes, 173
Hydromel ſimplex, 63
Vinoſum, ibid.

JAlapii magiſterium, 203
Reſina, ibid.
Tinctura, ibid.
Jecoris lupi, præparatio, 31
Inteſtinum lupi præparatum, ibid.
Julapium Alexandrinum, 75

LAc perlarum, 69
Sulphuris, 194
Virginale ex Binjoino, 201
Ex Saturno, 181
Laccæ præparatio, 31
Lapides officinales, 17
Lapidum præparatio, 32
Lapis Aquilæ, ibid.
Calaminaris, ibid.
Cauſticus, 187
Hæmatitites, 32
Infernalis, 171
Judaïcus, 32
Lazulus, 32. 33
Lyncis, 32
Magnetis, ibid.
Medicamentoſus, 187
Mineralis, 188
Nephriticus, 32

©BIU Santé

Prunellæ, 190
Pumex, 33
Laudanum liquidum, 205
Opiatum, *ibid.*
Laureolæ correctio, 33
Lithargyri lotio, *ibid.*
Lumbricorum præparatio, *ibid.*
Luna, V. Argentum, 171

M

Magiſteriorum conficiendorum modus, 166
Magiſteria Coraliorum, 197
Margaritarum, *ibid.*
Matriſperlarum, *ibid.*
Oculorum cancri, *ibid.*
Saturni, 181
Scammonii, 160
Sulphuris, 194
Magma Hedycroï, 109
Magnes Arſenicalis, 146
Mandibulæ Lucii, præparatio, 30
Manus Chriſti perlata, 60
Margaritarum lac, 69
Magiſterium, 197
Præparatio, 32
Sal, 197
Marina, 19
Matriſperlarum præparatio, 32
Mars, V. Ferrum, 171
Medullarum præparatio, 25
Mel Anthoſatum, 63
Cucumerinum, *ibid.*
Deſpumatum, 62
Mercuriale, 63
Nymphææ, 64
Roſatum, *ibid.*
Violatum, *ibid.*
Mellis aqua, 215
Spiritus, *ibid.*
Tinctura, *ibid.*
Menſuræ, 42
Mercurii Cinnabaris, 173
Præcipitatio alba, 175

©BIU Santé

Carnea, 175
Coralina, *ibid.*
Griſea, 176
Lutea, *ibid.*
Lutea, ſeu Turpethum, *ibid.*
Rubra, 175
Viridis, 176
Panacea, 177
Probatio, 173
Revivificatio, 174
Sublimatio corroſiva, *ibid.*
dulcis, *ibid.*
Metalla officinalia, 18
Mezerei correctio, 35
Mineralia officinalia, 18
Minium, 181
Mithridatium Damocratis, 86
Mucilaginum extractio, 34
Mumia, 216
Myrobalanorum ſpecies, 41
Myrrhæ oleum, 205
tinctura, *ibid.*

NItri cryſtalliſatio, 189
Spiritus, 190
Spiritus dulcis, *ibid.*
Nucis Juglandis aqua, 204
extractum, 120
oleum, 120
Nucis moſchatæ oleum, 204
Nuncupationes, 39

OCulorum Cancri præparatio, 32
Uſtio, 29
Sal, 197
Oeſypi collectio, 34
Oleorum ſtillandorum modus, 163
Olea officinalia, 119. 120
Olea ſtomachica, 40
Oleum Abſynthii, 120. 121
Amygdalarum dulcium, 120

©BIU Santé

Amararum, 120
Anethinum, 121
Aniſi, 163. 200
Avellanarum, 120
Balaninum, *ibid.*
Buxi, 202
Cannabis, 120
De Capparibus, 123
Carvi, 163
Caryophyllorum, *ibid.*
Catellorum, 124
Ceræ, 214
Chamæmelinum, 121
Chryſomelinum, 120
Cinamomi, 163
Cumini, *ibid.*
Cydoniorum, 123
Euphorbii, 124
Fœniculi, 163
Gagatis, 197
Guaïaci, 202
Gummi, 200
Hyoſcyami, 120
Hyperici, 122
Juniperi, 163
Keirinum, 121
De lateribus, 188
Lavendulæ, 163
Laurinum, 120
Liliorum, 121
Lini, 120
Lumbricorum, 124
Macis, 204
Meliloti, 121
Menthæ, *ibid.*
Myrrhæ, 203
Myrtinum, 121
Nardinum, 125
Nenupharinum, 121
Nucis Juglandis, ſ. Carynium, 120
Moſchatæ, 204
Ovorum, 120
Palmæ, *ibid.*

Papaveris

©BIU Santé

Papaveris albi, 120
Perſicorum, *ibid.*
Rhodii, 163
Roſatum, 121
Rutaceum, *ibid.*
Saſſafras, 163
Scorpionum, 124
Semin. 4. frigidorum, 120
Seſaminum, 120
Solani, 121
Succini, 196
Violaceum, 121
Vitrioli, 192

Opiata Diaſatyrium, 83
Diaſcordium, 84
Mithridatium, 86
Meſenterica, 98
Orvietanum, 89
Philonium Romanum, 90
Salomonis, *ibid.*
Theriaca, 87

Opii extractum, 205
eſſentia, *ibid.*

Orvietanum 89 Opapanacis depuratio, 26

Ovorum putaminum uſtio, 29
præparatio, 32

Oxycratum, 54

Oxymel ſimplex, 63
Scilliticum, *ibid.*

Oxyrrhodinum, 54

P

Papaveris ſeminis uſtio, 29
Papyri deſtillatio, 205
Penidium, 61
Phlegma Aceti, 212
Vitrioli, 192
Pilæ marinæ torrefactio, 29
Pilorum leporis uſtio, 29
Pilulæ de Agarico, 101
de Aloë, *ibid.*
Angelicæ, *ibid*
Aureæ, 102

Collectanea pharmaceutica seu apparatus ad novam pharmacopoeam - page 248 sur 262

©BIU Santé

Mercuriales, 103
Ruffi, 102
Sine quibus, 102
Stomachicæ, 103
de Terebinthina, 37
Pinguedinum præparatio, 25
Piperum ſpecies, 41
Plumbi calcinatio, 181
magiſterium, *ibid.*
Sal, *ibid.*
Pomatum, 135
Pompholygos, præparatio, 34
Pondera, 42
Portulacæ ſem. uſtio, 29
Potio purgans, 57
Præcipitatio, 167
Priſanna communis, 55
Pulmonis vulpis præparatio, 35
Pulveres officinales, 112
Pulvis è Chelis, 116
Cornachinus, 117
Diacarthami, 118
Diaireos, 113
Diamargaritum ſimplex, 60
Frigidum, 113
Diambræ, 114
Diarhodonis, 115
Diatragacanthi, 116
Diaſantali, 115
Emeticus, 186
Hieræ, 118
Sperniolæ, 117
Sternutatorius, 114
Theriacalis, 89
Contra vermes, 116
Viperinus, 117

Quinaquinæ præparatio, 205

Radices aperientes duæ, 39
quinque, *ibid.*

©BIU Santé

Ranarum præparatio, 18
Rebis canini præparatio, 25
Recrementa mineralium, 18
Regulus Antimonii, 183. 184
Reſinæ officinales, 160
Reſina Agarici, 203
Jalapii, *ibid.*
Mechoacannæ, *ibid.*
Scammonii, 160
Turpethi, 203
Rhabarbari extractum, 206
Rob ſimplex, 57
Rob Agreſtæ, 58
Ceraſorum, *ibid.*
Cydoniorum, *ibid.*
Ros vitrioli, 193
Roſarum aqua, 206
conſerva, 60
Spiritus, 206
tinctura, 207
Rubini præparatio, 32

SAcchari electio, 62
Saccharum Penidium, 61
Saccharum Roſatum tabulatum, 60
pulveriſatum, *ibid.*
Sagapeni præparatio, 26
Salia fixa, 165
eſſentialia, 166
Officinalia, 19. 164
Volatilia, 164
Salium conficiendorum modus, 164. 165
Sal officinale Abſynthii, 165
Argentinæ, *ibid.*
Artemiſiæ, *ibid.*
Benedicti, *ibid.*
Centaurei, & ſ. *ibid.*
Coraliorum, 197
Margaritarum, *ibid.*
Martis, 173
Polychreſtum, 190
Prunellæ, 190

©BIU Santé

Saturni, 181
Sulphuris, 194
Tartari, 210
Vegetabile, 211
Viperarum, 213
Urinæ, 216
Salis Ammoniaci depuratio, 191
Flores, 192
Sal, *ibid.*
Spiritus, 191
Salis communis decrepitatio, 189
ſpiritus acidus, *ibid.*
dulcis, *ibid.*
Salis nitri ſpiritus acidus, 190
dulcis, *ibid.*
Sanginis Hirci præparatio, 35
Humani præparatio, *ibid.*
Sapa ſimplex, 57
Saphyri præparatio, 32
Sarcocollæ maceratio, 35
Sardi paæparatio, 32
Saturnus, V. plumbum, 181
Scammonii correctio, 36
reſina, 203
Scillæ præparatio, 36
Secundinæ deſtillatio, 216
Semina 4. calida majora, 40
minora, 40
frigida majora, 40
minora, 40
Seminum contra præparatio, 36
Sennæ extractum, 207
Sepi præparatio, 25
Smaragdi præparatio, 32
Sol, V. Aurum, 170
Sparadrap, ſ. Tela Gualteri, 151
Species, V. Pulvis, 113
Spermatis Ranarum deſtillatio, 50
Spiritus officinales, 162
Abſynthii, *ibid.*
Cochleariæ, *ibid.*
Mellis, 215

Roſarum

©BIU Santé

Roſarum, 105
Salis Ammoniaci, 192
Communis, 189
Nitri, 190
Sulphuris, 195
Vini ſimplex, 209
Aniſatus, 209
Anthoſatus *ibid.*
Camphoratus *ibid.*
Tartariſatus, *ibid.*
Veneris, 182
Vitrioli, 192
Spodium, 29
Spodium Arabum, 37
Avicennæ, *ibid.*
Græcorum, *ibid.*
Spongiarum uſtio, *ibid.*
Stanni calcinatio, 180
Sal, *ibid.*
Stibium, V. Antimonium, 183
Stomachicum Poterii, 179
Sublimatio, 167
Succedanea, ſ. ſubſtituta, 41
Succi liquidi officinales, 57
Inſpiſſati, *ibid.*
Glycyrrhizæ Bleſenſium, 110
Succini præparatio, 32
magiſterium, 196
oleum, *ibid.*
ſal, *ibid.*
tinctura, *ibid.*
Sulphur auratum Antimonii 184
Sulphuris balſamum, 194
Flos, *ibid.*
Lac, ſ. magiſterium *ibid.*
Oleum, 195
Sal, 194
Spir. per campanam, 196
per deſtillationem, 195
Syrupi è ſuccis fructuum, 65
è ſuccis plantarum, 66
Syrupus Abſinthii, 66
Acetatus, 67
Agreſtæ, ſ. Ompharii, 65

©BIU Santé

Syrupus Althææ, ſ. de Ibiſco, 67
Antihecticus, ſ. de Teſtitudine, 69
Artemiſiæ, 68
Berberum, 65
Capillarium, 69
Caulium, 66
Caryophyllorum, ſeu de Tunica, 70
Ceraſorum, 65
Cichorii ſimplex, 77
cum Rheo, *ibid.*
Citri, 65
Coraliorum, 70
Cydoniorum, 65
Dyſentericus, 70
Elleboratus, 78
Emeticus, 79
de Eryſimo, 71
de Fumaria, 66
Granatorum, 65
de Hyſſopo, 71
Jujubinus, 72
de κermes, *ibid.*
Limonum, 65
Mercurialis, ſ. de longa vita, 72
Millefolii, 66
Merorum, 65
Napi, 66
Nicotianæ, *ibid.*
Nymphææ, 73
de Papavere albo, ſ. Diacodium, 73
Papaveris erratici, ſ. Rheados, *ibid.*
de Pede Cati, ſeu de Æluropo, 74
Perſicorum, 79
Pomorum ſimplex, 74
compoſitus, ſeu Regisſaboris, 80
M. Fr. *Blondel*, 81
de Portulacâ, 66
Regius, ſeu Julapium Alexandrinum, 75
de Rhamno, 82
Ribeſiorum, 65
Roſatus ex infuſione, 79
ex ſucco, 80
cum Agarico, *ibid.*
de Roſis ſiccis, 75

©BIU Santé

de Scammonio, 82
Tuſſilaginis, 75
Violatus, 75
de Viperis, 76

TAbaci aqua, 208
Sal, 208
Tabellæ Alexiteriæ, 61
de Althæa, *ibid.*
de Chalybe, *ibid.*
contra vermes, 99
Tartari cremor, 210
cryſtalli, 210
oleum per deliquium, 210
per deſtillationem, 210
Tartarus chalybeatus, 211
ſolubilis, *ibid.*
ſtibiatus, ſeu emeticus, 212
vitriolatus, 211
Terebinthinæ coctio, 37
lotio, *ibid.*
oleum, 208
pilulæ, 37
præparatio, *ibid.*
ſpiritus, 208
Terræ medicatæ, 19
Theriaca Andromachi, 87
Tinctura, 161
Tinctura Aloës, 199
Antimonii, 186
Ambari, 198
Auri, 170
Binjoini, 101
Coraliorum, 197
Martis, 172
Myrrhæ, 203
Roſarum, 207
Succini, 196
Veneris, 182
Topaſii præparatio, 32
Trochiſci de Agarico, 104
albi Rhaſis, 105
Alhandal, ſeu de Colocynthide, 104

©BIU Santé

Trochiſci Bechici albi, 110
de Caphura, 105
de Capparibus, 106
Cypheos, 109
Gordonii, 106
Hedycroï, 109
de Karabe, 107
de Myrrha, 107
ſcillitici, 108
Viperini, *ibid.*
Turpethi reſina, 203
Turpethum minerale, 176
Tuthiæ præparario, 32. 34

VEgetabilium partes officinales;
Venus, V. Æs, 182
Ventriculorum gallinarum præparatio, 38
Veſicæ Apri præparatio, 38
Vinum Abſinthii, 53
Emeticum, 54
de Euphraſia, 53
Granatorum, 57
de Halicacabo, 53
Hyppocraticum, 54
de Salvia, 53
Vini deſtillatio, ſeu aqua vitæ, 209
Spiritus ſimplex, *ibid.*
Aniſatus, *ibid.*
Anthoſatus, *ibid.*
Camphoratus, *ibid.*
Tartariſatus, 209
Viperæ deſtillatio, 213
Sal volatile, *ibid.*
Spiritus, *ibid.*
Vitrioli calcinatio. 193
Gilla, ſeu Vitriolum vomitivum; 192
oleum, 192
Ros, 193
Sal, *ibid.*
Spiritus, 192. 193
Spiritus dulcis; 193
Vitriolum Martis, 173
Unguenta 4. calida, 40
4. Frigida

©BIU Santé

4. Frigida,

Unguentum Ægyptiacum, 40
- Album Rhaſis, 129
- Apoſtolorum, *ibid.*
- Aureum, *ibid.*
- Baſilicum minus, 130
- Chirurgorum, *ibid.*
- Dialthææ, 41
- Diapompholygos, 130
- ad Hæmorroïdas, 131
- ad mammarum duritiem, 131
- fiſſuras, 134
- Martiatum, *ibid.*
- Mundificativum de Apio, 131
- Neapolitanum, 133
- Nutritum, 134
- Pomatum, *ibid.*
- Populeum, 135
- Roſatum, *ibid.*
- Rubrum exſiccans, 136
- de Styrace, *ibid.*
- de Tuthia, *ibid.*

Ungulæ Alcis, præparatio, 137

Urinæ deſtillatio, 38
- Sal 216, *ibid.*

FINIS.

DE PARIS

©BIU Santé

Errata ſic reſtituet æquus Lector.

IN Epiſtola pagina 3. linea 13. *lege* tam quam. In approbationibus l. 17. *tolle* ſolertioribus, *& pone* ſelectioribus. l. 21. *tolle* 15. P. 1. l. 10. *lege* Acacia P. 2. linea 12. *l.* tota planta. l. 25. *l.* Angelica. l. 40. *l.* Cyclamen. P. 3. l. 5. *lege* Trogloditica. l. 14. *l.* lappa. lin. 23. *adde* Binjoinum, *Vide* aſſa. P. 4. l. 9. *l.* ſemen. l. 22. *l.* Caranna. P. 5. l. 25. *l.* ſymphytum petræum. P. 6. l. 27. *l.* dens Leonis ſeu Taraxacum tota planta. P. 7. l. 16. *l.* Dioſcoridis. l. 29. *l.* Fraxinus ſemen. P. 10. lin. 22. *l.* mentha cattaria. P. 11. l. 23. *adde* oxytriphyllum fol. P. 13. l. 15. *l.* rubra flores. P. 14. l. 1. *l.* ſaponaria. P. 17. lin. 24. *l.* calcarius. lin. 25. *l.* catechut. P. 21. lin. 34. adde viperinum. p. 22. l. 8. *l.* os ſepiæ. P. 24. l. 13. *l.* ſepiæ. P. 25. l. 20. *l.* cum aquæ burſæ Paſtoris. p. 30. l. 5. cum ſ. q. aquæ. p. 31. l. 17. *l.* præparatum. p. 32. *adde* Hyacinthus cum A. Roſar. p. 34. l. 17. *l.* vaſibus. P. 36. l. 1. *l.* ſcammonii P. 42. l. 20. *l.* diſtinguuntur. P. 45. l. 35. *l.* matratio. l. 36. *l.* ſtillatitiæ. p. 50. l. 29. *l.* applicata. P. 52. lin. 39. l. utriuſque unciam unam. P. 56. lin. 10. *l.* ana unciam ſemiſſem. P. 58. l. 2. *l.* Gelatina. P. 65. l. 12. *l.* Berberum. p. 71. l. 3. *l.* Helenii. P. 72. lin. 9. *l.* ſexaginta. p. 77. l. 27. *l.* librarum ſex. P. 83. lin. 14. *l.* Articulus primus. l. 16. *l.* fine. l. ult. *l.* ſcrupuli duo. P. 87. lin. 28. *l.* parva. P. 90. lin. 25. *l.* aſſervanda. p. 92. l. ult. *l.* horas. P. 94. lin. 13. *l.* colatura. lin. 14. *l.* trajectorum libram unam. p. 96. l. 9. *l.* libris tribus. l. 10. *l.* libra una. l. 20. *l.* ſenſim permiſce. p. 105. l. 33. *l.* Abſynthii. P. 108. lin. 1. *l.* Articulus tertius. l. 28. & p. 158. lin. 4. *l.* in juſculo. p. 110. l. 7. *l.* Articulus quartus. p. 114. l. 12. *l.* pulveris uncia ſemiſ. p. 118. l. 1. *tolle* unam, *& lege* drachmam ſemiſſem. p. 121. lin. 19. *l.* exprimantur. lin. 26. *adde* hyperici cum floribus. p. 127. l. 2. *adde* Articulus primus. p. 129. l. 28. *l.* ad pultis formam miſce, *& tolle* miſceantur. pag. 130. lin. 31. *l.* macerentur. p. 135. lin. 11. *l.* adde Poma. p. 144. lin. 23. *l.* deſcriptis. P. 145. l. 26. *l.* quæ mixta & liquefacta. p. 146. l. 32. *l.* gnaviter. P. 149. pone ℞. l. 11. *l.* rupta. P. 150. l. *l.* emplaſtri cui. P. 151. l. 37 *l.* odoramenta. P. 155. l. 29. *l.* fœtido. P. 157. l. 9. *l.* macerentur cum aquæ ferventis libris 14. vel q. ſ. P. 165. l. 33. *l.* ratiaria. P. 186. l. 3. *adde* ſeu pulvis Algaroth. p. 188 l. 8. *l.* ad ſiccitatem. l. 13. *l.* ictеritiis. In indice *l.* Abſynthii ſal.

©BIU Santé

Extrait du Privilege du Roy.

PAR Lettres Patentes du Roy données à Paris le 23. Juin 1693. ſignées DE LA RIVIERE, & ſcellées : Il eſt permis à LOÜIS PENICHER Maiſtre Apotiquaire à Paris, de faire imprimer un Livre qu'il a composé, intitulé, *Collectanea Pharmaceutica*, & ce pendant l'eſpace de huit années : Avec défenſes à tous Imprimeurs, Libraires & autres, de l'imprimer, vendre ny debiter ſans le conſentement de l'Expoſant, à peine de confiſcation des Exemplaires, trois mil livres d'amende, & autres peines portées plus au long par leſdites Lettres.

Regiſtré ſur le Livre de la Communauté des Imprimeurs & Libraires de Paris le 8. *Avril* 1695. Signé, P. AUBOÜYN, Syndic.

Et ledit Sieur Penicher a cedé & tranſporté ſon droit de Privilege à Eſtienne Michallet Imprimeur ordinaire du Roy, pour en joüir ſuivant l'accord fait entr'eux.

Achevé d'imprimer pour la premiere fois le 15. May 1695.

©BIU Santé

©BIU Santé

fourneau de brique quarè pour diſtiller a quatre cornües ſi on le veut conſtruir pour diſtiller a 8 cornues on augmentera ſa longeur de moitie et on ferat une ſeconde porte opoſée a la premiere avec ſon cendrier. et meme on perot ſe paſſer dune ſeconde porte.



Ce fourneaux doit avoir deux pied huict pouces de Longeur, A. deux pieds ſix pouces de Largeur, B. deux pied quatre pouces de hauteur, C. Le cendrier D. et le foyer, E. garnies de leurs porte de fer doivent avoir huict pouces de haut et autant de large: les muvailles jusqu'a la grille F. doivent avoir dix pouces depaiſſeur et depuis la grile jusqu'en haut quatre pouces ſeulement; ſept pouces au deſſus de la grile on poſerat deux bareau de fer quarrè H capable de porter chacun deux cornües G: ces bareaux diviſeront la largeur interne du fourneau en trois distances egales: quatre pouces au deſſus des bareaux on laiſſerat des ouvertures de quatre pouces de largeur pour la ſortie des cols des cornües dont le corps doit poſer ſur les bareaux et leurs derier tournès lun contre lautre; on pourat faire le dôme ou la voûte avec des brique comme celle dun four a boulanger ou avec une grande plaque de fer de fonte: on aurat ſoin de laiſſer trois regiſtres de chaque cote de la longeur du fourneau. on aurat ſoin de garnir les quatre angles internes du fourneau avec du lut et des morceau de brique afin que la chaleur ſe porte vers le melieu.

©BIU Santé

A. maniere de separer les huilles distillée legeres: B. cornet de fer ou de Cuivre pour le regule dantimoine. C. pot de grès avec son couvercle pour distiller lesprit de souffre. D. E. creusets. F. G. vaiseaux d'estain et fourneau pour distiller lesprit de vin. I matras a long col pour distiller aussi lesprit de vin, et pour rectifier les esprit ~~cor~~ ~~[illegible]~~ volatile. H plat de terre non vernis pour calciner lantimoine. ~~en~~ K Cucurbite pour rectifier les esprit acides. L. M. aludel et fourneau pour les fleur dantimoine et de souffre. N. O. vaiseau de rencontre et matras pour metre en digestion les esprit corrosifs quon veut dulcifier avec lesprit de nitre.

©BIU Santé